Stukeley, William (1687-1765)

Contributors

Stukeley, William, 1687-1765

Publication/Creation

c. 1670 1735-7

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bmx7dt67

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

WELLCOME
HISTORICAL MEDICAL LIBRARY
MS 4729
ACCESSION NUMBER
49096
PRESS MARK

This was Richard Edlyns book a celebrated Astrologer in King Charles II. time.

Births.

Henricus IV. Galliæ Rex. II. 25.
Sebastian Rex Portugalliæ II. 27.
Leonard Rauwolf. 59.
Mr Tho. Stroot the astronomer. ms. 3.
Our Savior ——— 9.
King William III. ——— 11.
Morinus ——— 12.
The Duke of York K. Charles II. K. James II. ——— 14. 15.
The authors name Richard Edlyn 1668.
Prince Henry Duke of Glocester ——— 16.
Lady Mary ——— 17.
Lady Elizabeth ——— 18.
Lady Henrietta ——— 19.
Poiroskius ——— 20.
Bishop Hall ——— 23.
Socinus ——— 26.
Lovis XIV. ——— 29.
V. Wing ——— 31.
Sr Phillip Sidney ——— 32.
Gustavus K. of Swedon ——— 33.
Duke of Guise ——— 34.

Births

Archbishop Laud ——— 35

Hobbs of Malmsbury ——— 36.

Ld Treasuror Clifford ——— 37.

W. Shukoloy ——— 38.

~~Francis Bacon~~ ——— ~~39~~

Tycho Wyng ——— 40

Fra. Shukoloy ——— 41

19096

IO. RVDOLPHI CAMERARII
in Imper. Eslingâ Med. D.

THEMATVM ASTROLOGICORVM,

QVIBVS INTIMA SCIENTIÆ PENE-tralia, usus, & certitudo, è plurimis tam illustrium quam plebeiorum hominum Vitis, ob oculos ponuntur,

CENTVRIÆ DVÆ.

Prostant apud IOANNEM IANSSONIVM
Amstelodamensem Typographum.
An. 1633.

THEMATVM ASTROLOGICORVM.

Prostant apud IOANNEM JANSONIVM
Amstelodamique Typographum.

Illustrissimo, & Christianissimo S. Rom. Imp. Principi,

IOANNI FRIDERICO,
DVCI VVIRTEMBERGENSI ET TECCENSI, COMITI MONTIS-
Belligardi, Domino Heidenheimio, Principi Dominoque suo clementissimo,

IOANN. RVDOLPHVS CAMERARIVS, Tubingensis, Reipublicæ Eßlingensis Medicus,

S. & T. P.

ECce, inter reliquas applaudentes artes, *Illustrissime & Christianissime Princeps, Domine Clementissime*, Astrologia quoque ad pedes se Tuas demittit, me monitore, imò duce. Ea quidem jamdudum mecum & Medica meâ Arte suaviter conversata, majori nescio usu, an honore meo, ut quæ Regi-

bus olim (quos nominare possim) familiaris ac etiamnũ Principum Aulis non invisa; Medicis vero, nisi homicidis spiculatoribusve pejores esse velint, gravi Galeni Lege commendata, à præciputis excepta & liberaliter habita. Forestus id fecit, I. Crato, à Crafftheim, & quisquis in hoc Medico cœlo emicuit: neque depulsus est ullus morbus (fidenter dico) ubi non illa vel ignota manũ adhibuit, adeo facilis, ut & osoribus suis adsit. Academias vide, quibus cura major, eruendæ & tuendæ contra vulgum, veritatis: Herlicium habes, Heurnium, Henischium, Petrum Apianum, & ex TUA illa hujus Filium Philippum, Siderocratem: &c. mirumque quàm eruditorum plerique in hujus viæ capite conveniant. Capite viæ dixi, quia non eo negatum, quin, ea in plures mox semitas secta, violenta una est, qualis mea profecto nunquam, quia Te adit, qui cõtra sinceriorem Religionem (est hæc Domui Tuę privata gloria) nihil fers à quoquam, ne quid de me sperem, qui Tuus sum, & in Tua Terra natus. Vterque Avus, paternus atque maternus, hic Oeconomiâ, ille Consulatu Tubingæ Antecessoribus Tuis servierunt: de me, ne quid desperem, nescio quid Astra pollicentur, & Patrię meę me alligant. Quod utinam fieret, Te Duce atque Principe, qui quantum in nos suprema vis illa possit,

non

non domi, me uno tantum in Regno didiciſti, & nunc quidem (ſi exemplis his meis nomen tuum Auguſtum præfigi pateris) probas, quam communem noſtrã ſortem miſereariſ, quamque in tam ſublimi loco, præter hominem in Teipſo nihil agnoſcas.

Vale, & ſalubriter diu guberna. Scriptum in Imperiali Eſlingâ. Cal. Ianuar. Anno ineunte novo ſalutari cIↃ IↃcIx.

HIERON. WOLFIVS IN APPEND.

Op. Cypr. Iervitii.

PRofectò fieri aliquando solet, ut Cœlum & Terra, & quæ iis continentur, fato urgente, adversari videantur. Succuri posset valetudini diætâ & medicinis, salubri cibo & potu nullâ ratione licet, pro Medico veneficus offertur. Pharmacopola opium pro apio miscet. Amicorum ope liceret vitare malum? at amici aut absunt, aut ipsi rerum suarum satagunt, aut perverso studio, dum juvare conantur, lædunt, aut cum fortuna mutant fidem. Liceret domi manendo evitare latrocinium aut naufragiũ? at urget inevitabilis necessitas, ut iter facias, & navim conscendas. Invidos & inimicos officiis placare, & beneficiis conciliare studes? at illi modestiam tuam & benignitatẽ motum interpretantur, & occasionẽ maledicendi & malefaciendi urgent. Imò sæpissimè accidit, ut eâ ipsâ ratione, quâ infortunium vitare studes, in infortunium incurras. &c.

H. Cardan. Segm. 1. Aph. 24.

Stulti negligunt & contemnunt Astrologiam. qui contradicit, ambitiosus est: qui maledicit, fatuus: divinum enim est arcanum. ob id, qui naturalibus relictis causis, illi tantùm inhæret, levis est: oportet igitur adjuvare.

Peũ-

Vix artem reperiri posse existimo, cui omnes ita insultent, ac Astrologiæ. Sic enim sè res habet cum divinationibus, ut si in minimis fallant, tota ars propterea vana esse arguatur, & aliqui vitiis suis artem in abusum retorquent, quod nimis superstitiosè Astris fidem habent.

GENITVRA I.

Anna, Vngariæ & Bohemiæ Reginæ.



D. D. CHYTRÆVS in Chron. Saxon.

ANNA, Cæsaris Ferdinandi coniux, Vladislai Vngariæ & Bohemiæ Regis F. cum quatuor Filios, Maximilianum 1527. Ferdinandum 1529. Ioannem 1538. Carolum 1540. & undecim Filias, Elizabetham 1526. Annam 1528. Mariam 1531. Magdalenam 1532. Catharinam Poloniæ Reginam 1533 Leonoram 1534. Margaretam 1536. Barbaram 1539. Vrsulam 1541. Helenam 1543. & Ioannam 1547. peperisset; & ex his duodecim superstites relinqueret; patiendi laboribus superata Pragæ, ex hac vita decessit. A. 1547. 27. Ianuar. 3. die puerperii.

Qualitatem mortis non obscure ostendit, Luna, fætus Domina, in 5a & dispositrix Saturni, 8æ Domini, accedens ad quadratum Martis. Mercurius 1æ Dominus, cum Venere, quintæ domina, itidem in 5a & quadrangula Martis radiationem, cum oculo Tauri, violento sydere, ex 1æ angulo, & proprio signo enormiter læsus. Cauda Draconis in 6a domicilio Veneris, in quadr. Iouis & Saturni, 8æ domus dominorum. Annum mortis indicat, Saturnus cum Hercule, stella violenta, occurrens horoscopo.

GENITVRA II.

Anna, Poloniæ Regina.



D. D. CHYTRÆVS in Chr. Saxon.

Vlt. Ianuarii, A. 1598. Anna, Poloniæ Regina, Caroli Archiducis Austriæ filia, grauida cum catarrho laborans, alioqui mediocriter valens, pridie cum Rege marito, mensæ in prandio assedisset: vesperi vehementissimo cordis dolore, & palpitatione correpta, & febricula accedente, postridie hora 1. pomeridiana expirauit. Anno ætat. 25. coniugii sexto. Fœtum adhuc viuum ex aluo matris erectum, baptismo initiatum, Christophorum nominarunt, qui tamen non amplius horæ vnius spacio superstes fuit.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et hæc ex partu mortua. Mars in 7æ Angulo, occurrens Horoscopo, domo Solis & quadrato Saturni, ex Leone & Scorpione, dolores cordis & veteri mala designat. Annus mortis est 1598. directione Horoscopi ad oppositum Mercurii, Dominum 5æ & 8æ in ☍ proprio ad Iouem, & 5m Liber. domum tendente quadr. Lunæ, domin. 6æ ad 6m. &c.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA III.

Magdalena, Ducissa Saxoniæ.



D. D. CHYTRÆVS in Chr. Saxon.

Magdalena, Georgii Saxoniæ Ducis F. Ioachimi II. Marchionis Brandenburgensis, coniunx, Filium Paulum enixa, partus doloribus superata, obiit. Mater Alberti II. & Georgii Gemellorum, in cunis extinctorum: Ioann-Georgii, Elector. Brandenburgens. 1525. d. 11. Septemb. nati, & Friderici ArchiEpisc. Magdeburg. A. 1530.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Causa mortis apparet ex Aphorism. 6. apud I. Garcæum, p. 368. qui sic se habet: Maleficus Planeta in octava domo, & Dominus octauæ læsus à malefico, aut naturâ sua maleficus existens, in signo violento, ambobus Luminaribus, aut eorum altero læso, aut in signo violento constituto, mortem violentam portendit.

Annus

Annus mortis est 1533. d. 29. Decemb. Horoscopo tum ad quadr. Vene. Sæ. Domin. Retrogr. in quadr. Lunæ 8. Dominæ, tendente.

GENITVRA IV.

Dorothea, Ducissa Saxoniæ.



D. D. CHYTRÆVS in Chr. Saxon.

A. 1587. 13. Februar. Dorothea, Augusti Electoris Saxoniæ F. (celebratis A. 85. 26. Septemb. in arce Guelphorum Nuptiis, cum Henrico Iulio, Duce Brunsuicens. & Luneburg. &c.) primi partus doloribus superata, cum Filiolam enixa esset, nomine Dorotheam Hedvvigem, magnum sui desiderium, ac luctum, marito & socero, ac socrui relinquens, decessit.

Difficilis partus in hac Geneſi, ſigna ſunt, Luna, 5. & 6. Domina, cum capite Meduſæ, iuncta Marti, 8. Domino, & in oppoſitione ad 8m ſign. Scorpii, vtero dicati: & cauda Draconis in 5. cum Hercule, violente ſydere, in quadrato Veneris, (diſpoſitricis Martis & Lunæ) Solis & Mercurii ex 7. cœli loco. &c. Annum mortis indicat Directio Horoſcopi ad quadraturam Saturni, in 6. ♊ ♂. & 8♐.

GENITVRA V.

Sophia, Ducissa Würtembergica, &c.



D. D. CHYTRÆVS in Chron. Saxon.

Vitam mortalem viuere desiit, Sophia, Friderici Wilhelmi, Saxonum Ducis coniux, optimi Principis Christophori Ducis Wûrtembergici F. quæ 7. tantum annos, marito nupta, in septimo partu, cum fœtu masculo extincta est.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna, lumen conditionarium in cadente, opposita Saturno, suo dispositori, & Ioui Domino 5. ambobus Retrograd. signo sterili, locoq; similiter cadente. Mars item Dominus Horoscopi, particeps 5. in sexta, propria domo. Illustriss. huic Fœminæ abortum & inde mortem portenderunt. Piissimè vsque ad extremum halitum integris animi sensibus expirauit. Ann. 1590. d. 21. Iulii, hora 8. matutina, Vachii in Hassia, A. æt. 26. Mens. 8. exactè completis, cum eo ipso momento Sol eclipsaretur, in loco Iouis, Domini 5. Luna cum cauda, in oppos. Saturn. Rad. existent. Reuolutio quoque malis malorum aspectibus referta, Luminaria enim Sol, oppos. & Luna, quadr. Saturni, & Iuppiter Dominus 5. quadrato Veneris, Marte locum Lunæ & oppos. Saturn. Radic. commaculante, affligebantur. Accessit præterea, M. Februar. d. 22. præterito, Cometa, transiens grad. 6. domus, Marti iunctus, in oppos. Iouis, Domini 5. Radicis.

GENI-

HORARVM NATALIVM
GENITVRA VI.

Euphemia Müllerin, Andreæ Ruttelh. Secretarii Wirtemberg. coniux.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Quintam, Liberorum domum, in Genitura muliebri, à malis Planetarum aspectibus læsam, difficultatem partus significare, omnibus Astrologiæ medioeriter peritis in confesso est. In hac, ambo Luminaria, in signis violentis, quorum alterum primæ Domina, quadrato, alterum in octauo domo Saturni, læsa, ambo in ♊o ad vm. oppositi. Satur. ad vm. oppos. Lun. Vener. ex angulis, & hæ itidem in ♊o ad sm. Caput Draconis in 5. in Scorpione (signo vesicæ & vtero dicato) cum stella fixa violenta, violentiam hanc mortis portenderunt. Obiit in puerperio, relicto filio, durissimo ac periculosissimo partu edito, vix 26. dierum nato. A. 1538. d. 9. Nouemb. æt. 27. M. 10. Horoscopo ☌ ☉ tum occurrente.

GENI-

GENITVRA VII.

Veronica Rieppia D. D. Schulteri, Cancellarii Würtembergici, & Syndici Halenſ. Suev. coniux.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

In hac Genitura ambo luminaria læſa, Sol quidem iunctus Mercurio, Domino octauæ, conſtitutus cum oculo Tauri, & afflictus vterque □ Saturni ex angulis, Luna vero in ſigno violento, ſtellæ item fixæ violentæ, in 1. & 7. Mars & Venus iuncti in domo liberorum, & □ ♑, partili, obſidentes cuſpidem VI. mortem violentam ſignificarunt. Mortua igitur eſt ex partu, quæ mors ſimilis eſt violentæ, Ann. 1590. D. 19. Febr. In reuolutione feſtinat ☉ ad ☌ ♄. cum oculo ♉. quem in rad. affligebat □°. Iuppiter & Luna ſunt in 6. in □ ♄ & ☉. cum ♂. qui eſt in loco oppoſito radicis, &c.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA VIII.

Susanna, D. Gregorii Funchii, Chirurgi excellentis. F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et hæc mortua est ex partu. Mars dominus primæ affligit Solem □ platico in octaua cum Venere. Luna læditur ☌ & domo Saturni. Mercurius dom. mortis constituitur in 8. cum dextro humero Orionis, stella fixa violenta. Annus mortis est 1605. D. ♀. 16. August. In Reuolutione annua coniunguntur ☉ & ♂. quem in radice pulsabat quadrato, ambo in ☍ ♄ platica, ex qua, mortem hanc, ante sexennium huic natæ prædixeram.

GENI-

GENITVRA IX.

Barbara Brentia, D. D. Schnepffii insignis Theologi coniux.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna lumen temporis cum stella violenta, afflicta domo & ☌ ♂. itidem cum stella violenta. ☉ ♀ in angulo 1. domo ♄ & □ ♂. cum Mercurio, domino 5. & 8. in mutua receptione ♄ domini 1. Retrograd. existentis cum dextro humero Orionis, violento sydere, in 5. liberorum domo, mortem violentam denotarunt: iuxta Aphorismum. Alterum luminare cum stella violenta; alterum in signo violento, & à maleficis læsa, mortem violentam denotant. Obiit Ann. 72. D. 21. Maii, postquam nocte præcedente hor. 10. abortum fecisset. Annum mortis designauit Dir. Horoscopi ad □ ♄ in 5. qui Dominus Horoscopi, consequenter vitæ fuerat in Radice.

GENITVRA X.

Sara Beſtlerin.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

LVNA Horoſcopi Domina, in ſigno violento, læſa domo 8a & oppoſitione Saturni partili, Domin. 8æ. læſa item ☌ Martis, Domini ſæ (in qua chale Auſtral. in 1. Hercules, ſtellæ fixæ violentæ) in quadr. ad quintam, (quæ Liberorum Domus eſt) & in quadr. Veneris cum ♍ (quæ cum bonis mala) & capite Algol, violentiſſimo ſydere, itidem ☌ ad quintam. Sole conſtituto cum dextro humero Orionis, violentam mortem, eamque ex partu ſignificat. Mortua eſt ex Gemellorum partu A. 1607. d. ♀. 18. Nouemb. Horoſcopo per directionem ad coniunctionem Martis, Domini quintæ feſtinantis.

GENI-

CENTVRIA I.

GENITVRA XI.

Margaretha Meſtlerin Domini M. Olbarri Paſtoris coniux.



Anno 1603. D. 20. Septemb. circa h. 1½. mane, poſtquam vltra 7. horas intollerabiles partus dolores fortiſſime, & vltra, quam vires eius perferre poſſe putabantur, ſuſtinuiſſet, filiolam aſpectu iucundiſſimam enixa eſt: verum poſt partum, cum omnia iam tranquilla, & ipſa mors ſuperata videbatur, en, inter medias congratulationes & laudes, quæ Domino Deo pro partu edito ardentibus ſuſpiriis dicebantur, ipſa mors, ceu animi deliquium, ei ſubito obrepſit: quo deliquio ipſa in vlnis mariti mox animam exhalauit.

Dum pario pereo, ſed dum tibi pareo Chriſt:
Cœlica ſunt tandem, regna parata mihi.

Sol in detrimẽto, & oppositæ Lunæ, existentis in 5. cum corde Leonis, stella fixa, de nat. ♃. & ♂. in signo sterili, Filiam quidem, sed ægrè & cis vitæ periculo significabat, quia Iuppiter Dominus octauæ in sexta. Retrogr. cum cauda, in Libra, domo Veneris, ac in quadrato Saturni, & Vener. Dominæ 6. constituitur. Semper enim liberis nocet, & abortus portendere solet, Venus coniuncta Saturno, præsertim si minores partes habeat, & ad Saturnum modo feretur. Vnde illud Poetæ:

Quam malè decrepito, coniuncta iuuencula casco:
Falcigero Venus est, tàm iuncta seni malè.

GENITVRA XII.

Christophorus, D. Philippi Graueri Medici F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Vtraque Luminaria, Sol quidem, luminare conditionarium, & Saturni Retrograd. partilissima ex angulis, Luna vero Dom. 6. oppositio Martis platico, ex octaua domo, cuius dominus Mars est, vehementissime læsa, vitam breuem denotarunt. Obiit 4. à partu horis.

GENI-

GENITVRA XIII.

Sebastianus Senner.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna lumen temporis & Domina 6. in angulo 7. partilissimè læsa, oppositione ♂tis Domini 8. ♄us ℞ in 8. cum stella violenta, in ☌♀ii, Iuppiter Dominus 1. in angulo occiduo, in detrimen. & Retrogr. ☌ Horoscopi, & □♀ vitam breuem denotarunt. Obiit 24. à partu diebus, ob transitum Saturni Retrogr. per cuspidem octauæ.

GENI-

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XIV.

Margaretha, Ph. Graueri D. Filia.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Memorabilis est Aphorismus apud Astrologos: Si, inquiunt, in 6. 8. vel 12. domo plures Planetæ fuerint, & dominus Horoscopi non aspexerit benefice, non viuet natus. Licet autem hic vterque beneficorum in domo mortis, quorum alter 1. alter 6. dominus est, constituatur: tamen cũ sint in abiecto loco, & 8. Iuppiter quidem Horoscopi Dominus cum ♍ de nat. ♄. & ♂. & ♀ Domina 6. coniuncta Saturno, Luna etiam Domina exaltationis 6æ gubernatrix 8æ, & dispositrix Domini ascendentis, summo in angulo 4æ coniunctione Martis læsa, Horoscopi Domino ipsum ascendens non aspiciente: Sole cum Mercurio Retrogr. in finibus malefici Martis existentibus, vitam non fore longæuam rectè significarunt.

GENI-

GENITVRA XV.

Elisabetha Catharina Hillerin.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Vtraque luminaria extra angulos à maleficis infestata, Sol domò Martis, & quadrato Saturni. Luna temporis lumen, Marte cum capite Algol, se inuicem non aspicientia, Horoscopus item in Term. Martis, & signum ascendens malefici, videlicet Saturni cadentis ab angulo in 12. & ascendens sua præsentia maculans, breuem vitam portendunt, nec arbitror nutritionis annos excessuram, quia Sol tendit ad □ m ♄, & Luna ad coniunctionem Lunæ. Et factum est ita, vti prædiximus. Obiit enim eodem Anno. Oculorum vitia designant Sol cum lino piscium, & Luna cum Marte in Tauro, &c.

GENITVRA XVI.

Anna Catharina Cameraria Auctoris F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Sol, lumen temporis, cum Mercurio Dominæ 1æ & dispositore Lunæ, domo & quadrato Martis ferè partili, existentis in 8æ cuspide, & exaltatione, læsus, vitam breuem denotabat, obiit enim altero statim à natali die, conuulsionibus Epilepticis correpta, quas Luna in ortu, & signo Geminorum, cum Aldobaran, stella fixa violenta, de natura Saturni & Mercurii, dominorum 8. & 1. portendebat. &c.

GENITVRA XVII.

Dauid Lother, D. Tobiæ, insignis apud Stutgardianos Theologi F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mars Dominus ascendentis & sextæ, in sexta domo, & quadrato Saturni, Mercurius Dominus 8æ & mortis, domum vitæ quadrato partili feriens, Luna ad Eclipsin Solarem, quæ decem horis subsecuta tendente, in Angulo quartæ domus, sepulturæ contubernio, vitam breuem denotabant. Obiit d. 18. April. eiusdem anni. Mortis tempus ostendit Directio Horoscopi ad quadr. Mercurii, Domini 8æ, &c.

GENITVRA XVIII.

Ioan-Leonhardus I. Cunradi Kreidenmanni V. I. D. & Aduocati Reipubl. Eslinganæ F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Non mirum, natum hunc vitæ brevis & valetudinarium fuisse. Non enim longæui fiunt, quibus lumen temporis extreme partiliter affligitur in 8a. altero præsertim luminari similiter læso, vt in præsenti Genitura, qua ambo Luminaria Luna quidem, Lumen temporis, à Marte in cuspidæ 8æ. domus, Sol vero, Dominus ascendentis, à Saturno, morborum Domino partilissime infestantur.

Saturnus Dominus 6æ. cum Sole, signum Cancri opposito inficientes, morbum de natura Saturni, in pectore, ratione signi, frigidum & humidum, tussim, mortem, Lunæ directio ad coniunctionem Martis in 8æ cuspide, signo itidem frig. & humid. causarunt, vnde A. 1607. d. 13. Martii, ætat. dierum 79. Tussi obierat.

GENI-

GENITVRA XIX.

Ioan-Cunradus Fleiner.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna, domina octauæ, & temporis lumen tendens ad oppositionem Solis Eclipsatam, in quadrat. ad Horoscopum partiliss. valetudinarium, & vitam breuem designat. Dies mortis est 27. Martii eiusdem anni, quem Directio Horoscopi ad quadr. Lunæ, dominæ 8. iudicabat.

GENITVRA XX.

Anna Margaretha Boja.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna recedens à quadrato Solis, & feſtinans ad oppoſitionem Domini 8. in 8a Saturni malefici, Mars in angulo occiduo, cum corde Scorpii, ſtella fixa violenta, occurrens horoſcopo, vitam breuem denotarunt. Obiit dyſſenteria, & conuulſion. A. 1607. d. 21. Iul. paucis diebus ante, caſu quoque periclitata. Prædictioni noſtræ euentus optime reſpondit, Dyſſenteriam enim plerumque Saturnus Dominus 8æ in proprio domicilio, & Mars occaſurus, denotare ſolent.

GENITVRA XXI.

Henricus, D. Ludouici Schopperi Eßling. Reipubl. Aduocati F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna in detrimento, in sexta, & latitudine maxima, in partili quadrato Solis, Luminis conditionarii, existentis in angulo decimæ, cum cauda, de natura Saturni & Martis, ex maleficorum domibus, valetudinarium per omnem vitam, designabat, vnde etiam variolis extinctus, obiit, ex directione Horoscopi, ad quadratum Martis, dispositoris Solis, Domini 1æ. A. 1607. 5. Februarii.

CENTVRIA I.

GENITVRA XXII.

Ioann. Fridericus Caseus.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Valetudinarius erat, ob ♂ cum capite Draconis in 6. domo. In oculis hebetudinem & damnum, Luna in via lactea in opposito Saturni, & Mercurii notauit: passus est etiam paucis post partum diebus magnos dolores, sanguine ex oculis emanante, & cum 8. domus præsentia Saturni & Mercurii in signo igneo lædatur, & oppositione Lunæ obsideatur, breuem vitam & dissenteriam, qua etiam mortuus est, Ann. 1606. 27. Febr. h. 9. 30. min. ante m. designauit.

GENITVRA XXIII.

Ioann. Georgius Camerarius Auctoris Fr.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Anno 86. D. 23. Noũembr. mortuus eſt, variolis laborans. Medio cœli tum directione feriente corpus Martis in Leone, ſigno calido, qui vitæ & morborum Dominus eſt, lædens quadrato Mercurium retrogr. Dominum 8. & Solem in prima, altero maleficorum in ſexta conſtituto, &c.

GENITVRA XXIV.

Ioan. Ludouicus Camerarius, Aut. Fr.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna Domina primæ, tendens ad ☌ Saturni, Dom. octauæ existentis in casu, & □ fere partili ad Horoscopum; Sol, Venus, Iuppiter in detrimento, & Mercurius in abiecto cœli loco, cum stellis violentis, non aspicientes primam, ♂ cum capite Medusæ, & in detrimento tot planetis 6m oppositis suis radiis infestantibus corpus valetudinarium breuemque vitam denotarunt. Mortuus est Ann. 87. 23. Martii, catharro q. suffocante, postquam 17. septim. ægre decubuisset. Ascendens tum perueniebat ad □ ☽ vitæ Dominam, &c.

GENITVRA XXV.

Ioann. Dauid Camerarius Auctor. Fr.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Horoscopus est in termin. ♂. Lun. lumen temporis iungitur Marti domino primæ & sextæ, affligũtur ambo quadrato Saturni Retrograd. cum oculo ♉ ex octaua: Sol est in quadrato Iouis, Mercurius in detrimento. Obiit D. 1. Maii Anni seq. 1590.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA XXVI.

Christiana Cameraria, Aut. Soror.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Erat sagaciſſimi ingenii puella, propter conbinationem Lunæ & Mercurii in ſigno Saturnino, ♒ aereo, in ☌ ☿ & ♂. ſed vitæ breuis. Venus & Iuppiter, ambo benefici, domini 1. & 8. domus, quorum alter in detrimento, alter in caſu, in domibus malefic. in □ partili ad ſe inuicem, enormiter læduntur à Saturno Retrogr. itidem in detrimento cum Hercule, Stella fixa violenta, in cuſpide 4æ hic quidem ♌. ille vero □ maleficorum altero in 8. cum ſtellulis vltimis Sagittarii Sagittæ conſtituto. Annus mortis eſt 95. 23. Iul. Medio C. per Direct. feſtinante ad ☌ ♄ ℞. In reuolut. opponitur Saturnus domino primæ, & lædit Lunam □. ex loco oppoſito ☽ Radicis, &c.

GENI-

GENITVRA XXVII.

Anna Maria Cameraria, Aut. Soror.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Saturnus in detrimento, in □ partili ad Horoscopum, iunctus Soli, Mercurius Dominus 6. decurrens inter vtrosque maleficos in oppositione Iouis retrogr. Domini 8. Oppositio Veneris Dominæ 1. ad Lunam, Lumen conditionarium, corpus valetudinarium & breuem vitam significarunt. Mortua est igitur 27. Augusti, eiusdem anni, Horoscopi Directione ad Saturni □m perfecte completa.

GENITVRA XXVIII.

Christiana Cameraria, Aut. Soror.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Obiit eodem Anno 22. Nouembr. Horoscopo tum ad opposit. Saturni festinante, ascendens & septima præsentiâ maleficarum sunt obsessa, dominus 8 Mars in □ ♀. Sol dominus 6. circa cuspidem sextæ, & in □ ☽. cum violenta stella in signo violento existentis, Ascendentis gradu in termino Saturni commorante.

GENITVRA XXIX.

Christianus Camerarius, Aut. Frater.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mortuus est Ann. 1599. 10. Martii, Horoscopo per directionem ad corpus ♄ in 1. festinante, quod etiam Reuolutio confirmat: in ea enim omnes Planetæ affliguntur, excepto Mercurio. Saturnus enim constituitur cum Luna in 7. in □ ♂. ♀. ☉. ☌. Sol, Mars & Venus coniuncti in 8 ☌ ex ☍ & ☐. &c.

GENI-

GENITVRA XXX.

I. P. Hôchſt.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Cauda Draconis in domo prima, & ſigno beſtiali, faciem deformauit, accedentibus præſertim □ ♄ & ♂ ex ſigno ferino & angulo Medii cœli 1m & 7m obſidentibus, Leporis ore præcisè in occidentis cuſpide conſtituto habuit in labiis vitium, Coloboma Græcis dictum, Germanis **Ein Haſenſcharten** / (labia diſrupta) Vitæ breuis fuit, ob ☌ ☿ Domini 8. in 8. ad Lunam, □ Saturni & Martis, ad primam.

GENITVRA XXXI.

Infans absq; oculis, naribus & auribus, loco oris habebat oblongum foramen.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna in Capricorno, Sole in Scorpione, signo muto, in cardinib. cœli, Saturno Domino M. C. existente &. in ♉ in angulo ☌ partilissima ☉. Mars in 8. in signo monstroso, qui sic nascitur, non habebit figuram humanam, scribunt Astrologi. Saturnus in ascendente cum capite Medusæ in signo bestiali, oppositus Soli & in □ ♌ faciem, nares & aures deformauit, Mars in via lactea positus cum cuspide Sagittæ Sagittarii, oculos sustulit.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA XXXII.

Monstrum.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Caruit superioribus oris labiis, digitis manuum & pedum, indice & medio, q. studio fuissent abscisi.

Mars in quocunque cœli cardine, in Ariete, faciem deformat. Sol & Mercurius, in quadr. Saturni, cum ♆, ex sign. hum. in opposit. & quadr. ad Horoscopum (faciem sub se habens) in quo venter Austrinus nodorum, Lunæ & Veneris, in signo monstroso ♓, ambob. Planetis inter se ex abiectis locis ☌, ☽ a Domina 8æ in 12a domo Martis, Venere Domina 6. & M. C. in 6a cum Ioue, Domino Horoscopi, signo truncato & abscisso, Opposit. Saturni ad ♑ in ☌. & quadr. ad Mercurium, in ♊. digitorum manuum & ped. m abscisionem portendit.

GENI-

GENITVRA XXXIII.

Monstrum. Jacobus Vischer.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Huic trib. septimanis à partu corpus paulatim cœpit marcescere, caput vero vehementer augescere, (ὑδροκέφαλος Græcis) ita vt breui temporis spatio magnitudinem duorum capitum excederet, reliquum vero corpus inane, & sceleto simile redderetur, supra caput extendebatur tenuis quædam & subtumida non sine venulis membranula, quæ si digito premebatur, facile cedebat, facileq; ad pristinum suum locum redibat. Longitudine erat palmi 1. cum dimid. excepto capite. Natus est Horckemii prope Weinspergam Wirtembergiæ oppidum. Oppositus Saturni & Martis ad 1. & signum ♈. Luna Domina 6. in □ ♎ Domini ascendentis in 1. signo aqueo Piscium, caput ita multis pituitosis & aqueis humorib. repleuit, vt q. corpori Lunæ assimilatum sit. Venus dispositrix harum maleficarum est in signo Tropico Cancri cum ♍. quadratum ad 1. proiiciens. Sicut igitur Cancer est signum, & ♍ circulus recedens, ita omnis cibus & nutrimentum, quod κατὰ φύσιν descendere, & omnes totius corporis partes alere debuisset ad caput παρὰ φύσιν ascendit, per venarum vomitum, vt Hippocrates loquitur, &c.

GENITVRA XXXIV.

Monstrum.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Capitis erat valde monstrosi & magni, loco cranii caput erat obductũ membrana molli, instar albuminis oui, sine oculis etiam, aurib. narib. sine ore, mento, sineque fronte, infra vero caput erat figuræ humanæ. Quod caput ita fuerit deformatum, in causa fuêre tot maligni aspectus ad 1. & signum ♈ quod caput occupat □☿ & ☽. □♄ ad 1. □♂. ☌☉ Domini 6. ♌ Domini 8. & ♌ ad ♉ sign. interceptum in 1. oppositus item ♄.☿ ☽.□♂☉.♌ Dom. 1. 6. & 8. item ♌. &c.

GENITVRA XXXV.

Puer sine digitis manuum & pedum. N.S.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Sol, (Luminare conditionarium) Saturno, alteri malefico in ortiuo cardine cœli partiliter iunctus, in ☍ ☽ Dominæ 8. Dominus item 1. in casu, vitam breuem denotarunt. Obiit eodem anno D. 6. Decemb. ex Directione Horoscopi ad ☌ ♄. Quod autem manus digitos non habuerit, causatur, quod brachium sub ♊ & Luna in eis occasura à Saturni & Solis oppositione enormiter sit læsa, Mars vero in aquario, pedes sub se habente in □ Mercurii, Domini septimę, dispositoris Lunæ reperiatur.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XXXVI.

Puer habens caput oui simile.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ambo luminaria cadentia ab angulis. Mars ex angulo 4. &in signo ferino, ascendens □ partili infestans: gubernator ♂ præcedentis Iuppiter, vt & loci Solis, non aspiciens Horoscopum & Solem, & locum ♂ præcedentis, fecerunt infantem naturæ permutatæ, præsertim cum fortunę nullum ad Luminaria habeant aspectum. Quod autem ☿ cum ☉ in semiferino semique humano & ☽ sit in signo Mercuriali, natus partim similis animalibus, quibus homines vtuntur, vt Gallinis, ouib. capris, bobus, vel porcis, &c. partim & in reliquis membris formæ humanæ erat, quod etiam Luna lumen conditionarium sit in ♊ signo humano. Ob ascendentis ad □ ♂ directionem vitam longius producere nequiuit, sed mox 3. vel 4. diebus à partu mortuus est, nullo gustato vel cibo, vel potu.

GENI-

GENITVRA XXXVII.

Anna Maria, Stephani Schvvartzii Scriniarii F.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hoc monstrum caput habuit duobus connexis simile, os & nasum vnicum, oculos duos, aures quatuor, brachia, manus, pedes & renes: à capite per collum, pectus & vmbilicum, duo corpuscula, ambo fœminina, duo corda, ventriculi, iecora, pulmonem dispartitum in 2. partes, alteram sursum, alteram vero partem deorsum tendentem, nihil lienis animaduersum. Natum complicatis vel amplexis manibus ac pedibus, cum adhuc anni quadrante à vero & genuino partus tempore mater aberat, vixit spatio dimidiæ horæ in sinistra parte, dextra diutius vixit. Baptizatum est, viuum adhuc, statim à partu fleuit, longitudine, vti complicatum, erat linearum harum quatuor: ——————————

cum moreretur, membra eodem modo ac cum nasceretur, rursum complicauit. Venus Domina Horoscopi & 8æ & Luna Domina M. C. in signo duorum corporum, & signo fœminino duas fœmellas procreauit, eo magis, quod □☽ ♂ ad ♅ & ♆ partilis, ex signis maleficorum, ☉ in angulo quartæ aum ♄ in signo Tropico, versatur.

GENI-

GENITVRA XXXVIII.

Anna Dor Käſ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc ter ante partum diuerſis temporibus, D. 4. nimirum, 10. & 14. Septemb. in vtero materno eiulauit. Mortua eſt Anno 1602. 5. Martii. Sol in ſigno Horoſcopi gradum Medii cœli □ infeſtat per tranſitum, & Luna, in Medii cœli ſigno in □ Solis gradum Horoſcopi, itidem quadrato radio aſpicit, &c.

GENI-

GENITVRA XXXIX.

Puellæ, in vtero matris aliquot diebus ante partum eiulantis.



Principium vitæ lachrumæ, mediumq; dolores,
Dicere vis finem, dixeris heu lachrumas!

Miraculi plenum est, & pene prodigii instar, fœtum in vtero materno adhuc concluſum, non tribus tantum ante partum diebus, quod obseruatum est, sed & mense & ampliu, vocem eiulantis emittere, eamque licet obscurius, distincte tamen à foris attẽdentib. percipi. Mali quid portendere id creditum est, seu fœtui ipsi, cum animaduersum sit eiusmodi hominem postea tota vita miserum fuisse; seu matri, velut illi quæ ipsa

suum defleri obitum prædixit, secutum nempe in ipso partu. Nonnulli publicam calamitatem designari arbitrantur, &c. Vide Libauium Sing. part. 2. Weinrich. demonstr.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Cum hæc exempla sint rarissima, propterea à nullo Astrologorum hactenus reddita est ratio eiulationis. Aliqua tamen in hisce ambobus thematibus conuenientia perspicit. Ambæ enim puellæ habent caudam in ♊, caput in ♓ in angulis, ambæ Venerem & Martem coniunctos in locis cadentibus, licet diuersis signis, ambæ Saturnum in ♐ & in signo Martis, ambæ Solem & Iouem in ♐ iunctos, ambæ Lunam in signis Arietis, &c.



GENI-

GENITVRA XL.

Gibbosi M. W. M.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mars Dominus 1. in 3. signo obliquo, & Oppositio ♄ ℞ in ♋. ad ♃ ex signis incuruis, & ☽ in 1. cum ♀. ♄ & ☉. gibbositatem denunciarunt. Et hæc gibbositas huic nato mortem inferet, quod Mercurius Dominus 8. sit in □ ☽ & ☿ ♄ existentis in 8. Marte Horoscopum □° lædente. Hunc etiam casum periculosum ex equis aut perpessum aut passurum credo, ob ♂ ♀. ☿. ♄ ☉ in ♓ signo semihumano, & semiequino. Solem & Saturnū cum ☿ in ♓ & via lactea coniunctos, visus debilitatem præsignificare, quis est, qui neget? Magicis etiam artibus, vel veneficio damnum causatum (forsan à muliere saga) innuere videntur Venus cum ☿ Saturno, & Sole in ♓ signo magico.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XLI.

A. C. Medici Excellentis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ascendens est 17. gr. Virginis, ♍ Veneris, cuius Dominus Mercurius in ♈ & 8. oppositus Lunæ in signis Æquinoctialibus, infestatus □° Martis, existentis in signo tropico, & incuruo ♑. ☋ in 6. & in nodo Veneris gibbositatem portenderunt. Insignem & felicem Medicum dant ☋ in 6. naturæ ♄ & ♂. Mercurius Dominus ascendentis in ♈ signo ♂. & ☽ in signo ♎ domo ♀ &c. Annus 1593 circa finem, valde infelix & periculosus erat, conflagrarunt enim ei ædes 8. Decemb. propter oppositionem Iouis, □☊. & ☋. ad 4. domum, in signo igneo, D. 22. 29. Decembr. de equo bis cadens, pene interiit, dictoq; 29 die vesperi dextro pede grauiter vulneratus, M. C. per direct. ad corpus Martis cum Hercule veniente. Damna ab equis significauit oppositus ♂ in 4m signum ♈ bestiale in □☽. Saturnus in 5a. in Aquarii signo, quod talos sub se habet, læsionem pedũ. ☋ in 6. & ☽ in signo aqueo, ♄nus Dominus 6 in □ ☉. & ♂ infestans Lunam & Mercurium Domin. ascendenti, similiter in signo aqueo ♑. pulmonib. & pectori dominante, non solum respirandi difficultatem, (Orthopnœam) sed & Ascitem, quæ etiam mortuus est Ann. 99. D. 12. Nouemb. h. 5. matut. portendebant.

GENI-

GENITVRA XLII.

A. M. claudæ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Iuppiter Dominus 6. in □ ☿ Domini 1. non aſpiciente ☿. neq; Luna, exiſtente in ♈ domo ♂ & 7. Horoſcopum, conuulſiones deſignauit, quibus correpta hæc, clauda facta eſt. Ann. 1603. M. Octob. Claudicationem vero pedis, & ſiniſtri brachii immobilitatem deſignarunt Saturnus iunctus ♄ in 3. cum corde Scorpii, in ☌♇ in ♏. in caſu, quæ domus & ſignum humeros, brachia, & manus ſub ſe habent, in □ ♂ & ♀ in 6. & ☽ ſigno incuruo, quod pedibus præeſt, Iuppiter Dominus 6. itidem in 3. & ſigno incuruo, in Scorpione. Hinc non dubito, quin hæc nata creſcente ætate Arthritidis & podagræ dolores ſit expertura.

GENITVRA XLIII.

S. W.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et hæc clauda facta est ob abscessum in genu, quo diu laborabat, cuius eædem significationes sunt cum præcedenti schemate. Sed caput Draconis in ♊ & exaltatione (nam in priori erat in casu, & trigono Solis fere partili brachia tuetur, quo minus & illa morbida fiant.

GENI-

GENITVRA XLIV.

M. I. Fabr. Gibbosi.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Variis casibus ac periculis iactatus, ob Planetas infortunatos omnes, Iuppiter, Luna & Mercurius licet ponantur in propriis domiciliis & exaltatione, sunt tamē in term. ♂ & ♄. Sol est in casu, Mars, Saturnus & Venus in detrimento. Mars Dominus 8. in cardine cœli cum Sole, infestans Lunam, Saturnum cum Hercule, & Iouem radio quadrato, in ♋ signo incuruo positos ex signo æquinoctiali & solstitiali, gibbosos facit, aut certe membrum aliquod vitiat, ob nimiam & assiduam noxiorum humorum defluxionem. Mortuus est Ann. 98. 30. Nouemb.

GENITVRA XLV.

Cath. Kirch. Virgo.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Incuria ancillæ cecidit, quo casu gibbosa facta est. Venus Medii cœli domina, in 8a per se, (adde quod hic in oppos. Saturni & Lunæ, ex signo incuruo) casum ab alto & præcipitium minatur. Gibbositatis signa adsunt satis manifesta, Mars in angulo 7æ in cancro, signo incuruo, & in suo casu, cum cauda, in quadr. Solis, & Mercurii, Domini 6æ in Libra, signo æquinoctiali, & ventre Draconis Lunæ Meridionali, & Ioue Domino Ascendentis in ♌ Saturni, &c.

GENITVRA XLVI.

Ioannes Lutz.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic cælibem agit vitam, & alterum pedem claudum, alterum curuum habet. Mercurius Dominus 7æ in signo sterili, non aspiciens septimam partiliter, nec Sol, nec Luna, suos dispositores, signum Lunæ & 7æ. sterile, Mars in cardine occiduo, amboque significatores Coniugii, in abiectis cœli locis, Luna quidem in 8a. Venus vero in 6a cælibatum designare videntur. In aliis Genituris, ex solo Martis positum, in signo Geminorum Mercuriali, Cytharædos effici deprehendi, hîc artem augere Venerem non dubito.

Planetæ in nodis & limitibus seu flexuris, siue propriis, siue aliorum, plurimum valent ad vitia corporibus inferenda, præsertim membrorum deformationes, pedum incuruationes, & gibbositates, accedentibus insuper Planetarum maleficorum, siue Luminarium quadraturis inter se, ex signis tortuosis, incuruis, duplicibus, tropicis, vel æquinoctialibus, in angulis, idque ex multiplici & longa obseruatione Domini Friderici Rüttelii, V.I. Candidati, & Mathematici, amici mei singularis.

In hac præsenti Genitura Saturnus in exaltatione tenet medium cœli, cum flexura borea Iouis, Domini ascendentis, ex Libra, signo æquinoctiali, Solem constitutum in angulo 7æ. signoque tropico & incuruo quadrato feriens: & Luna, dispositrix Solis, luminis conditionarii, præsilit Mercurio Domino 6æ iuncta in 8a cum capite Draconis, proprio, & nodo Saturni: Cauda Draconis Lunæ, cum Cauda Draconis, vel nodo deprimente Saturni in Aquario, signo tibias & pedes obtinente: quid aliud, quam pedum clauditatem, eorumque incuruationem, portenderunt, nec sine veneficii suspicione ob Martem iunctum Veneri, Horoscopi gradum oppositione, Iouemque Dominum 1æ quadrato, in signis Magicis, Sagittario & Piscibus, infestantem, vnde etiam Horoscopi directio, pertingens ad oppositionem Martis. Tempus euentus (Anno videl. ætat. 1. cum quadrant.) declarat.

GENI-

GENITVRA XLVII.

I. S. II.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Aphorismus modò positus, denuò confirmatur. Sol & Mercurius Dominus ascendentis, cum nodo deprimente, seu Cauda Draconis Veneris, & Luna cum limite, seu ventre austrino Veneris, caput item Draconis Lunæ in 6a cum nodo deprimente, vel cauda Draconis Mercurii, Domini Horoscopi in Aquario, sub se talos habente, Saturno item Domino 6æ iuncto Marti, in quadrato Iouis, altero in tropico & incuruo, altero in æquinoctiali, ambobusque Luminaribus ex angulis & duplicib. signis inter se quadratis, Luna in Sagittario, signo mag co decrescente. Incuruationem, & tabem q. pedum, cum claudicatione (vt suspicat, veneficio oborta) huic nato portenderunt. Sol quidem, cum Mercurio Domino ascendentis in primæ angulo, eximium alioquin ingenium, sed malefici in secunda, cum spica Virginis, parum fortunii in diuitiis indicare videntur, &c.

GENITVRA XLVIII.

I. II. B.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic laborat difficultate auditus, quia Mercurius est in finib. ♄i, Dominus 6. maleficus in ☌♑ & □ amborum luminarium, &c. multis etiam casibus obnoxius erit ob caudam Draconis in M. cœli & Saturnum in I. C. Retrogr & cum ambo luminaria à ♂ existente in 8. cum oculo ♉ capite Algol cuspid. 8. tenente sint infecta, violenta morte hunc natum moriturum arbitror, cumque Sol, ♑ & ♂ sint in signis humanis, ab homine vel iussu Principis, aut Magistratus. Pericula etiam in aquis portenduntur propter Lunam in piscibus, in imo cœli, & Pleiades in occasu, □ ♄ni platico aspectæ; Ipse suæ mortis causa erit, ob eundem Dominum ascendentis & octauæ, &c.

GENI-

GENITVRA XLIX.

Marg. Volm.



Anno 1553.
Februario.
D. H. M.
24. 5. 30.
ant. m.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Difficultatem auditus, qua hæc laborat, significat combinatio illa Saturni domini 1. cum Sole & ☿ in 1. Item Luna Domina 6. in 6. & proprio domicilio, in □♀ Dominæ octauæ, in detrimento existentis, cui astipulatur ♂. dispositor Veneris Retrogr. iunctus in 6. cum ☊. quod cum bonis bonum, cum malis malum. Melancholiam minatur Mercurius in exilio, Retrogr. in 1. &)(. Saturno iunctus, præsertim cum nullum ad Lunam aspectum habeat, nisi △ valde platicum, Luna in 6. in propria domo existente.

HORARVM NATALIVM GENITVRA L.

Fr. Cr. Mutus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mutus est parùm sanæ mentis, flumine ædibus parentum propinquo, valdè delectat, vt inde vix arceri queat minis parentum.

Mercurius in morborum domo, loco abiecto, & signo muto, impeditæ linguæ, & mutum significat: Fatuitatem 1. idem Mercurius signo tropico & stolido, 2. quia non aspicit ascendens. 3. quia Luna & Mercurius sese non aspiciunt. 4. quia Mars ex angulo 7æ Lunam in 1a opposito infestat radio, & Saturnus Dominus 1æ & dispositor Lunæ in loco abiecto, & domino Mercurii versatur. Quod aquis ita delectat, Luna in ascendente, & ♄ in)(in causa sunt, quia a. Venus, Domina signi intercepti in 8. cum Pleiadibus. circa 4. domum, in quadr. Lunæ & Martis, & Saturnus in 8. ad □ ☉ 5. currit, in signo aqueo, prouidendum, ne submersionis periculum subeat, idque potissimum, quando Luna directione peruenerit ad oppos. Saturn. in)(signo aqueo, vel Sol ad Mercurium octauæ Dominum.

GENI-

GENITVRA LI.

Muti.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Iuppiter Dominus ascendentis Retrogr. in ♐ quæ guttur & collum complectitur in detrimento & sexta, dispositus à ☿io coniuncto Marti, qui ambo sunt in flexura vel □ ♑ in eo signo muto, & ☽ existentis in ♉. qui sub se collum, linguam & loquelam habet & impedit, Saturno infestante vtraque luminaria in maleficorum domibus posita, prope angulos, mutitatem huic nato aperte significauit.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LII.

Iacobus Scheckius, Medicus & Philosophus eximius, Academiæ Tubingensis Professor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Coniunctio ☽ & ♌ dat ingenium ad omnes artes, & Philosophiã Medicinamq; præsertim inclinatissimum, & ☉ in ascendente cum ☿ & ♂ in Geminis, signo Mercuriali, & aere cum cingulo Orionis, in omni doctrinarum genere excellentes. Exempla vbiq; sunt in promptu, talis constitutionis Mercurii, vbi proprium domicilium & sedem habet, vt I. Regiomontani, Peurbachii, Hermolai Barbari, Casparis Sauteri Sen. insignis Theologi apud Augustanos & aliorum. Iuppiter in M. C. cum Fomahãt, nominis immortalitatem, celebritatem & honores, etiam post mortem, ob summam, imo diuinam pene eruditionem, in △ ☉ ☿ & ♂ largitus est. Visum amisit annis 10. ante obitum. Obseruaui enim in multis genituris, si luminare conditionarium in via lactea & signo duplici reperiatur, ♊ & ♓ præsertim in angulis, à maleficorum vno vel vtroq; læsus, semper ambobus oculis nocumentum attulisse. Vtroq; ergo oculo orbatus est summus hic Philosoph. Obiit A. 87. D. 9. Maii, æt. ann. 76. fere, cum M. C. Directione peruenerat ad ♀. & ☊ ☽æ.

GENI-

GENITVRA LIII.

M. Georgius Hitzlerus, Oratoriæ Professor in Academia Tubingensi.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Oculorum affectus sæpissimè passus est, ita vt tandem omnino cæcus factus sit annis 6. ante obitum. Benefica quidem Venus sextili se interposuit ad ☽m radio, sed quia in casu, Mars cum Coma Berenices, Saturnus vero cum ♍ & nebulosis ♉. in capitulo ensis Persei, in ♌ ☽. nihil impedire potuit. Directio M. C. ad Comam Berenices dat annum amissionis visus 1585. Fuit certe doctiss. vir, quod mutua illa ♀ & ☿ receptio ex domibus, ♂ ☽ ♌ apertè significarunt. Exemplo sunt genituræ Petri Bembi Cardinal. Andr. Alciati, G. Sabini, N. Frischlini. Mortuus est Ann. 91. 22. April. Horoscopi Directione, ad exhalma & Term. Saturni Existentis in 8. domo mortis.

GENITVRA LIV.

Christophorus Heintzelius, Nessenheirii prope Mundelsheim natus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic in Anglia in excoquendo argento & numismatibus assidue ad ignem laborans, fumo corrupit oculos, & visum amisit Ann. Christi circ. 65. Mortuus est Ann. 1590. D. 22. Mart. ætat. annor. 67. Sicuti Saturnus & ♂ cum stellis nebulosis, ita & cauda Draconis, naturam ♄ & ♂ obtinens, cum stellis nebulosis Comæ Berenices, in 6. præsertim morbosos oculos reddit. Mars Dominus Horoscopi & dispositor Mercurii, Dom. in. 6. signi intercepti, Solis Domini cuspidis 6. ☿is etiam Dominæ, vltimæ partis 6. domus, existentium in ♈. signo igneo, sub se habente faciem, visum & oculum dextrum, constitutus in signo Domini 6. & sexta, signo igneo ☿. Retrogr. infortunatus platica Saturni ☌ (distat enim non 5. integris gradibus) morbum in his incurabilem, & pro ☿ii disponentis ☽m, coniuncti cum lino)(☉is & ☿tis, sextæ item, & ♂ in domo 6. constituti natura, omni-

omnibus in signis igneis, ex igneis operationibus, vel Chymicis, tale detrimentum oculorum, Luna in ♒ signo aereo, in platica ♂ ☽. ex aere venenoso, metallicis contracto, aut fumo ex igne, ratione ♀ in ♍. & Mercurii propter artificium & studium causato, designauit. Tempus amissionis visus colligitur ex direct. ☉ ad Hyades, & Lunæ ad linum piscium, &c.

GENITVRA LV.

Sch. de Gemm. Nob.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic assiduis oculorum defluxionibus laborans, tandem visum amisit. Quod satis minabatur tot Planetarum in Piscibus combinatio, Luna cũ præsepe in domo 1. Saturnus cum lino)(. Iuppiter in via lactea cum corde ♍ & ♀. Tempus amissionis visus indicat directio Medii cœli ad Pleiades. Item Lunæ Dominæ 1. ad □ ♃ Domini 6. □ in ☿ Ann. 1605. M. Iunio circ.

GENITVRA LVI.

Conr. Schott.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dn. Friderici Rüttellii Mathematici.

Luminare conditionarium, Luna in via lactea diminuta lumine, in angulo occidentis, cum iaculo ☌ eiusq; stellis, 4. magnitudinis, de natura ♂ & ☽. à □ ♂ ex angulo M. C. afflicta, cæcitatem, vt & eidem luminari succedens statim, & ♄ Retrogr. in detrimento, & in via lactea existentis prope nebulosam in oculo ☌. Iuppiter Dominus 7. dispositor luminaris conditionarii est cum Pleiadibus & stellis nebulosis ♉. in oppositione Solis, & Mercurii Domini Horoscopi, vtriusq; oculi cæcitatem, circa 9. vel 10. ætatis annum, (ex directione Horoscopi, ad 1. informem Propedis 4. magn. nat. ♄ in via lactea, item directione Medii cœli, ad quadr. Iouis dispositoris Martis Lunæ. Iuppiter cum Pleiadibus Retrogr. oppositio

Soli

Soli & Mercurio, ex 6. & 12. domibus abiectis) primis pueritiæ annis designauit. ☌. vt & vltima in effusione Fomahant, Illustris stella, 1. magnitud. de nat. ♀ & ☿ cum ♂ perpetuam famam & nomen, ob singularia ipsius, tanquam cæci, admiranda opera, quæ ne oculatissimus quisquam tali artificio præstare posset, largitur. Quæ enim in visu natura negauit, abunde tactu & manus attrectatione rependit, cum omnia lignorum genera vti quæuis alia, solo tactu, etiam in iis minima muscarum inquinamenta deprehendere & agnoscere possit: ob idem artem conficiendi instrumenta Musica organica (quale opus insigne Illustriss. Dux Wirtembergicus D. Fridericus p. m. anno 1605. ab eo coemit pretio 3000. floren. & in nouum, noui oppidi Freudenstat Templum Magnificentissimum collocari curauit:) excellenter callet, propter Venerem, & ingenium ei admirabile propter Mercurium & cingulum Orionis, quod in ascendente semper industrios facit & ingenium acuit: tractandi metalla, fundendi fistulas, aliarumq; rerum per ignem; Rei item herbariæ, herbarumque virtutum, & Medicinæ peritus, ob Martem significatorem Magisterii, dispositorem & Dominum 6. Solis & Mercurii, Domini Horoscopi. Ex tali suo Magisterio bonam fortunam & diuitias non contemnendas consequetur & adipiscetur, ob partem Fortunæ in 2. eodem, Ioue ✶ ☉ & ☿ △ suos proiicientibus. Liberi, quorum aliquot progenuit, vti aliàs versutissimi, ita nec incelebres futuri sunt, propter ♀em in 5. cum spica virginis. Dissenteriam (qua laborauit anno 1603. M. Augusto) designauit, ☽ in 7. in ☌ ♄i, tempus elicitur, ex directione Medii cœli, ad quadratum Lunæ, in term. ♄ & exhalmate piscium, ad punctum Æquinoctii verni. Corrigitur ergo thema, & statuitur ascensio recta eiusdem 318. 3. & prodit verum tempus h. 5. min. 33. p. m. Casibus ab alto vel equo ☌æ. in obnoxius erit, & ab his damnum lethale, propter ♂ in 10. ♄ Dominum 1. ♃ in 4. & ☽ in 7. quæ per se semper aut violentam, aut subitaneam mortem designare solet, & hæc extra patriam, in itinere, quod ♄ Dominus 8. & 9. sit in ascendente. Notabilis & casus periculosus iudicatur ex directione Medii cœli ad □ ♄. cuius ascensio recta. subtracta ascens. rect. M. C. prodibit arcus directionis gr. 45. 31. minut. &c.

Tempus mortis, Directio Horoscopi ad Exhalma, seu si non cancri, terminum Saturni, Domini ☌æ, & asinos, Stellulas in principio ♋. de nat. ♂ & ☽ Saturno diuisore, videtur minari, circa annum ætatis 50. Cauent ergo diligenter, ne præcipitio, VI. animalibus maioribus quadrupedibus ingens vitæ periculum sustineat, cauent & rixas. Oculorum quoque dolores acerbiores præsertim sinistro procul dubio sentiet tum temporis, Reuolutione & Eclipsibus simul concordantibus.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LVII.

Iulius F. nothus Herculis I. Ducis Ferrariæ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Memorabilis est Aphor. apud Astrologos; Luminaria vtraque, aut alterutrum cum stellis nebulosis & opposita ad inuicem, afflictaque à maleficis, præsertim ex angulis, cæcitatem, vtriusq; vel alterius oculi priuationem minantur. Cuius Aphorismi certitudinem etiam præsens exemplũ confirmat. Sol enim cum stella nebulosa præsepe ex angulis quadrato Martis partili, & ☽ platica affligitur, vtriusq; oculi effossionem portendebat, cui & euentus respondebat. Huic enim Hippolytus Cardinalis Estensis, filius legitimus Herculis, vir Mauortius, oculos, velut amoris sui æmulos erui iussit, amabat enim Cardinalis iuuenculam sibi sanguine coniunctam, quæ non minore ardore etiam Iulium ob oculorum venustatem (propter Venerem in via lactea, Solem in Leone & in 1.) prosequebatur, sicut Hippolyto fassa est, vnde odium hoc inter fratres extitit. Exoculatus est igitur stylo ligneo acuto ab equitibus fratris, cum esset in venatione, oculos vero pendulos ad nasum propria manu in locum suũ repo-

reposuit, & in dextro visum recepit, in altero transuersim collocato amisit, (anno Christi 1505.) quod Luna luminare conditionarium, supra terram lucens, oculumq; dextrum designans, iam ☌☿ & ☍♂ ac Solis □ & ☌ ad Veneris auxilium confugiens euaserit, effossionem quidem non, at cæcitatem euitare potuit, Sol vero sinistrum oculum sub terra designans, modo currit ad □♂ partilem ♑ maleficis aspectibus obsessum & ☌☽ platicam, eo euidentius & certius excæcationem ex effossione ortam in sinistro oculo, nihil, & ne Venus quidem, in via lactea posita, nimis dissita à ☉✶. interuenientibus □♂ & ☌☉ impedire potuit. Saturnus in cuspide 3. fratris iussu & odio, in □♀. propter amasiam, causæ fuerunt effossionis. Venus tandem in ♊ dextro oculo magis fauorabilis, ob propiorem Lunæ præsentiam, propriis manibus dextrum restituit. Luminare alterum in angulo, à maleficorum altero læsum, carceres, in quibus 36. Annos vidisse, & ibidem obiisse Geuricus scribit, meo tamen certe iudicio, non naturali, sed violenta morte, designauit. Hoc tempus natale habet M. Hieron. Henning in Genealog.

Eiusdem Iulii, L. Geuricus l. 6. natiuit. Annum & Diem natalem quidem nostro concordantē, sed diuersam horam, videlicet 12. M. 56. p. m. propriam ponit. Schema enim euentibus nihil aut parum respondet, insuper etiam admodum oscitanter Saturnum in ♑, alium locum, quam reuera fuerat reposuit non recordatus quod in reliquis omnibus Thematibus ad annos 78. & 79. ab ipso prolatis, Saturnum (& quidem rectius) in virginem collocauerit: quî fieret, Saturnum alias tardissimi gradus (repente veredus effectus) tam celeri gressu ad ♒ peruenire potuisse. Non igitur quemadmodum margini annotauit Saturnus est in □☌ sed ✶♂, nec idem Soli oppositus est. Hæc de Geurici errore satis.

GENI-

GENITVRA LVIII.

M. Iob. Reich. Theolog. Studiosus.



Anno 1574.
Februar.
D. H. M.
23. 10. 30.
p. m.
pol. 48. 30.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Huic Anno 1600. circ. sinister oculus chorda sagittæ casu excussus est. Saturnus cum corde Scorpii & ♍ naturam ♄ & ♂ obtinens, cum stellis arcus, & cuspidis ☥, in via lactea, affligens solem □ ☽ in 6. cum lino ☾. ♑ Dispositor Solis, cum stellis nebulosis ♉, in ♌ Martis, non obscure qualitatem & causam damni nobis ostendunt. Mars etiam semper in ascendente vulnus, aut maculam faciei infligit, licet sit in proprio domicilio. Mortuus est.

Casus ab Equis periculosis sustinuisse non ambigo ob ♂ in ♏ ♑ & Angulis in □ o ☿ii, præsertim ob Saturnum cum ♍ in ☥, & 2 dum ♃ oppositi.

GENI-

GENITVRA LIX.

Blasius N.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic A.1568.d.Matthiæ,æt.10.½,subito cæcus factus est,à maligno & venenato q.humore, in neruos opticos illabente: Horoscopo per directionem, ad corpus Martis, Domini 6. & 1. cum Luna, cauda & Lance Austral. Stella violenta,in 1.angulo, & oppositi.Saturni, cum Pleiadibus in 7a quadrat.Solis, veneris & Mercurii ex cœli angulis. Pius alias est,& S.literas (pro ratione personæ) bene callet, ob felicem illum Ven. Mercur. & Solis, ad Iouem trigonum Sole & Ioue, in propriis domiciliis, & trigono Igneo, qui Christianorum est, constitutis. Pericula habebit in Aquis, & forte mortem violentam, ob quadratum Martis & Mercurii, Dominorum 1.& 8.coniunctionem Martis, Lunæ & Caudæ in Scorpione,signo aqueo,Saturnus cum Pleiadibus,oppositos ex angulis,&c.

GENITVRA LX.

Joan-Casimirus, Comes Palatinus Rheni, Administrator Electoratus Palatinatus.



Solis motus est ex Tychonis calculo.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dn. Friderico Rüttellio, Iur. Candidato, & Mathematico autore.

MERCVRIVS, Medii Cœli Dominus, assumit naturam signi, eiusdemque Planetæ disponentis, ac iuxta eorum cum quibus iungitur significata Magisterium indicat. Cum ergo in hac genesi, sit in signo Martis, coniunctus Lunæ & Marti, & in Angulo Quartæ, perspicue patet, Principum hunc potentem, audacem, Bellicosum, Capitaneum, summumq; militiæ ductorem, ob idque multis Nationibus, præsertim A. 1576. non parum Gallis, A. 78. Belgis, ac A. 83. Germanis & Colonienſibus formidabi-

dabilem fuisse. Constellatio Vrsæ maioris, de nat. ♂, in M. C. ex Bellis clarum nomen: Item cor Scorpii, de nat. ♂ in centro Horoscopi, à Mercurio, M. C. Domino, Lunâ ac Marte, ex Angulo, trigono aspectu, Principem animosum, Fortem, Martialem ac strenuum confirmant. H. Cardanus, in Genitura Iacobi Triuuleii scribit: Illud animaduertendum esse, nullum signum bellicosiores efficere, horum enim proprium esse tractare Arma. Ego rationes, ex signatura constellationis colligo, Figura nimirum viri, ex superiori parte ad pugnandum parari, arcum impositio telo manibus inimice gerentis, inferiori & posteriori autem Equi ferocis & currentis, inimicosque prioribus pedibus petentis. Arcus enim olim communiter, nunc saltem Turcis & Insulanis Instrumenta bellica fuere, Equorumque maximus in certaminibus, vbiq;, nunc & semper fuit vsus. Hunc Aphorismum veritati consonum, Vlrici Ducis Würtembergici, Alberti Archiducis Austriæ, Ioannis ab Austria, Wilhelmi Principis Auraniæ, Fabricii Maramaldi, Caroli Bourbonii, Ioannis Mariæ, Philippique Mariæ Ducum Mediolanensium, Philippi Comitis Hornani, Caualereti, Hermanni Christophori Rueswurmii, &c. plurimorumque bellicosissimorum virorum exemplis doceri posset. Venus & Mercurius Occidentales, præsertim huius in 4. domo, cum Luna in Ariete coniunctionem, Principi huic, singularem amorem ad excolenda studia ingenerarunt, quem erectione noui Gymnasii Casimiriani, Neapoli Nemetum, testatum fecit. Subtile Ingenium, ad Inuentiones & indagationes, rerum ac artium secretarum, omnis generis Instrumentorum Martialium, & Stratagematum, quale Principem Belli habere decet & conuenit, habebat, vt quisquam alius, in summa, tam Arte, quam Marte clarum præsignabant, constitutiones. Pars Fortunæ in 1. cum Stellulis ♄, & Saturnus Dominus 2. in dō ♂, & signum 2. Exaltatio Martis, Diuitias quidem non contemnendas per bellicas expeditiones acquisiuisse, sed non absque difficultate, propter protractam solutionem, ratione Saturni Retrog. atque hinc exorta Inuidiâ, ob eundem in 12. domo, designauit. Coniugium vnicum, signa 7. & 5. sterilia, Lunaq; vnico saltem Planetæ, ante exitum signi, applicans declarat, idque non admodum vt arbitror erat felix & fœcundum, nec enim vllam prolem, Mars in 5. signo sterili dedisset, si non Iuppiter, Dominus Horoscopi, licet ℞, tamen fœcundus, signo mediocriter fœcundo, oppositione, & Luna suâ præsentiâ, Martis malitiam repressissent, vnicumq; Filiolum decreuissent. Tempus coniugii, accurate demonstrat, Directio M.C. ad coniunctionem Iouis. A. 1570. d. 5. Iunii, cum Elizabetha, D. Augusti, Electoris Saxonici Filia. Damnum & hebetudinem Oculi dextri, Luna lumen

Temporis, circa Linum)(, in oppositione Iouis, Domini Ascendentis ☌, à malefica Marte, existente cum capite & prima stella Arietis præsens infecta, ex causa Martiali, cumque Mercurius ei sese applicet per luctationem, vel ludum, ortum enim dubito, quia Luna est in domo Martis proprii Infestatoris. A. 1584. d. 4. April. cum ante Palatinatus reformationem, & eiectionem sibi aduersæ Religionis hominum, inter Augustanæ & Caluinianæ Religionis Theologos, ante meridiem colloquium, habita prima sessione, in sua præsentia, instituisset, statim post meridiem subito, grauiss. & periculoso morbo correptum esse scribitur, vt colloquio diebus aliquot interesse non potuerit. Morbum hunc causauit directio Quartæ Domus, ad violentissimam stellam capitis Algol, erantque transitus eo & sequentibus diebus: Solis Domini Nonæ (religionem designantis) in oppositione Iouis, Domini Horoscopi seu vitæ: Saturnus quoque Mars & Mercurius, coniuncti suis transitibus maculabant locum Solis. Medioque cœli, (domui honorum & magistratus) obuersabantur. In reuolutione prȩcedẽte fuit Saturnus coniunctus partiliter Soli (Domino 9.) & Veneri, Dominæ 6. mortificæ domus. Luna cum cauda in quadrato Martis, cum oculo Tauri in oppositio 1. Radicis. De Religione, licet penes Theologos potius, quã Astrologos sit iudicium, nihilominus scribit Schonerus: Cauda Draconis in 9. Existente, Religionem non esse bonam, sed incognitam & coopertam, quod autem Sol & Venus partiliter in Piscibus coniungantur, & caput Draconis sit in 3. domo, Christianam esse, constantiamque principis, in ea retinenda, arguunt significari.

Mercurius & Luna cum Marte in I. C. ab oppositio Iouis ☌ aspecti, hic in aëreo, illi in signo bestiali, Saturnus in 12. & Cauda in 9. in Leone, animali quadrupede, procul dubio, præcipitia, casus ab Equis, vel damna ab Animalibus maioribus designarunt.

Morborum qualitas cognoscitur 1. ex Venere, domina 6. quæ stomachi, seu cordis vitia, ac sanguinis egestiones dat. 2. ex Luminari Conditionario Luna in signo ♈, capitis dolores, damnata à Marte, in 4. domo, in pectore & corde dolores, sputum sanguinis & melancholiam, ex nigris coloribus peruenientem, ac Apostemam, vel putredinem pulmonum. Qui morbus etiam Principi huic mortem excitauit, quia eadem Luna damnata est Domina 8. & vna cum Mercurio & Marte, non minus ac Iuppiter Dominus ascendentis ☌, suos maleficos quadratos ad 8. mittunt, & signum Cancri infestant.

Mors autem principaliter cognoscitur ex natura signi 8. infecti Cancer autem respicit pectus, pulmones & proxime circumiacentia, ex ægri-

gritudinibus dat tussim, Peripneumoniam, Pleuresin, exscreatus sanguinis, & cum Luna per se, frigida & humida in Ariete, & cum Marte, calido & sicco, quadratum ad Cancrum, signum aqueum & frigidum traiici, aut putredinem eo loci, per Cancrum designari, non obscure contulerunt, sicut etiam in funebri Oratione, huius Herois scribit, ex melancholica sanguine, & pulmone infecto, putridoque pie vitam cum morte commutasse. Tempus mortis præcise iuuabat, Directio medii cœli, ad limitem vel ventrem boreum, caput Draconis Lunæ, Domin. 8. Saturnum quidem assumere volebam, sed cum primum ad coniunctionem Iouis, & vltimam ad coni. Saturni conferebam, nimis inter se ratione euentum distabant, vel defectu, vel excessu, motuum eorum nondum rectificatorum, aliam viam aggressus ex accidente Iouis deductam Ascensionem rectam, subtraxi ab inuenta, ex vltimo accidente mortis per Saturnum, dimidiatum residuum addidi Ascensioni ex Ioue elicitæ, en contra spem exacte conflatur Ascensio recta, elicita ex directione ad limitem Boreum, quem confirmabat accuratissime Directio I V. ad caput Algol, ex correcto calculo Stellarum Fixarū Illustriss. Mathematicorum Principis, D. Tychonis Brahe &c. Dani, cœlestis memoriæ. Limites autem non paruam habere vim in confesso est, obseruaui etiam (quod hactenus ante me nullus prostitit) Limitem Boreum esse de nat. maleficorum; Austrinum beneficorum: hac ratione, quia ♄ & sectio Eclipticæ cum bonis, etiam sola sit bona, Planetâ nunc recedente & ad extremum limitis perueniente, à bonitate simul, longius donec ad ♈, ☊ Capitis longissime absit, secedere, deinde à ♈ recedens, in limite austrino meliorem, donec ad ♄ perueniat, optimus euadat. Mortuus hic Princeps A. 1592. d. 6. Ianuar. inter 5. & 6. h. matut. Heidelbergæ, cuius mortē præcessit, diebus 18. Eclipsis Magna Lunæ, in 7. gr. & 34. min. Cancri, secundū Prutenicum calculū, in 8. dō huius geneseos, ♄ existente cum Luna & Saturno. Reuolutio p̄cedens valde erat minax. Sol ex)(ad Lunā, cū Marte in ☥ mittebat □m. Mars & Luna erant in opposito Saturni, ita vt ambo Luminaria, ab vtroq; malefico læsa fuerint, Venus erat in lō. Radicis, similiter à maleficis sauciata. Caput Draconis erat in 22. gr. Cancri, in □o Lunæ, ac 8. Radic. ita vt & hinc coniici potuit, multa præstitisse ♄ in morte inferenda. Tempore mortis transibat Sol, □m Iouis, ☽ & ♂ Rad. in Capricorno, ꝑiiciendo ☊ ad 8m. Rad. Mars transitu infestabat locum Solis & Veneris, tam Radicis, quam Reuolutionis. Veneris quoq; Dñæ 6. transitus incidebat in locum Saturni reuolut. Saturnus retrogrediendo transibat gr. Eclipseos Luminis in 8. & ♄ ☽æ præcise gr. 8æ. Rad. & □m Mercurii Reuolutionis. Ita, si enim multis aliis, hoc solo Exemplo, Astrologica certitudo ad oculum demonstrari potest.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA LXI.

I.C.R. V.I. Doctor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

LVNA, Luminare alterutrum cum Cauda, ab occasuro Saturno, quadrangulâ radiatione ex Angulo afflictum, alterius oculi cæcitatem, aut grauem oculorum morbum designat, cumque ♄ sit autor illius mali, in domo ♂, & causa martiali, in signo aqueo, à vitiosis humoribus, & pernitiosa suffusione originem fuisse arbitror, quemadmodum etiam altero oculo priuatus, loco veri arte fabrefactum gestat. Saturnus Dominus M. C. & XIæ domus, in angulo constitutus, Medium cœli sextili, partiliter

tiliter aſpiciens, amicorum fauore Honores decreuit, ſed cum ♄, M. C. Dominus, & Signum M. C. mobile, in eaque Cauda, cum Luna in □♄, ſæpe, etiam deiectionem rurſus minari ſolet; eamque ob Lunam IIIæ. Dominam in XIa. & □♄, propter fœminas, agnatos & affines &c. eorumque odio & inimicitia ob Veneris poſitum in XIIa. Præterea, Mars, Dominus VIIæ, in VIa. Vxorem denotat valetudinariam. Signum Væ. ſterile, in oppoſito Lunæ, nullos aut per paucos liberos, eoſque non longæuos. Sol quidem in XI. & domo Iouis, magni nominis Amicos, & quidem Iurisconſultos, ſed cum eius diſpoſitor fortis in XII. coniungantur Veneri & Mercurio, Magnorum etiam Iuris C. ob perſonas & Res Veneri & Mercurio dicatas, odium incidet. Saturnus in occaſu, ſigno aqueo, in oppoſitione pleiadum, & □☽, in Aquis pericula, ob ſigna vero, Aquarii, Scorpii, & ♍, phtiſin vel peripneumoniam decernere videtur, &c.



GENI-

GENITVRA LXII.

Andreas Dotting, Petauienſis Styrus:



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Nobilis hic Adoleſcens, aliquandiu ſtudioſus, in celeberrima Tubingenſi Academia degens, erat monoculus. Peſte correptus, A. 1596. circ. ab iis, qui ei inſeruiendo deſtinati erant, derelictus, ipſe æger de lecto ſurrecturus, grauiter cecidit, vt ita fere dubitatum, vtrum magis peſte, caſu, vel quod arbitror, verius vtroq;, enim multum ſuper viuens, vitam cum morte commutauerit.

Sol Lumen temporis, in octauo, abiecto cœli ♄, ab vtriſq; maleficis,

cis, Marte quidem & ♀, (quæ semper, cum Luminaribus posita, oculis vitia inducit) coniunctione, at □ ♄i, Domini Ascendentis cum nebulosa in oculo ♐ existentis: grauissime læsum, ♌ cum lino)(, alterum vero Luminare ☽ cum stella nebulosa capuli Ensis Persei, nec procul à stella violenta Capitis Algol, alterius oculi orbitatem designant, quæ propter ♂, ♀, & ☿, Solem obsidentem à cerebri imbecillitate proficiscebatur, Cerebrum enim (Pontano teste) ita copulari inficiunt, atq; luci hauriendæ imbecillum reddunt.

Duo etiam Aphorismi Astrologici hac verificantur genesi. 1. quod ♂, plurium planetarum in 8. domo, faciant natum mori modo miraculoso. Alter quod Mercurius, significator mortis, ac Dominus 8æ. in 8a. cum aliis planetis iunctis multiplex ac varium genus mortis inferre soleat.

Genera mortis ♒, signum aëreum 8æ. in eaque ☉ □ ♄i læsus casum ab alto, & mortis promotionem, at ♂ & ♀ cum ☿o, domino 8. Solem stipantes, peste infecerunt, idque quod, ♀ cum Luminaribus in 8. vel sola etiam, mortem ex Veneno sæpius decernat.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LXIII.

S.B. Insignis Philosophus, & Medicus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Monoculus est. Sol in ♉ Pleiadum, ac IVæ. domus cuspide, □♂ is ex 6. cœli loco infectus, & Venus, Domina M. C. in via lactea cum nebulosa in oculo ♉. Saturnus dispositor ☽, Luminaris Conditionarii cum Aldebaran, Retrogr. in Cœli Medio, & □ Iouis in cardine occidùo. In oculis damna, ab Equis casus, in Aquis pericula portendunt, Iuppiter in VIIa. Coniugii domo, propria & fœcunda, ac signo duplici, duas easque diuites decernit coniuges. Mercurii & Solis ad Martem in 6. domo ex signis ♒ & ♏ vesicæ & pulmonum vitia, &c.

CENTVRIA I.

GENITVRA LXIV.

M.I.H.Br.Theologus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Debili vtitur visu bonus hic vir, quem designat Luna, Temporis lumen in 8. cum lino ☽, in □ Iouis, sextæ Domino, 2. Sol cum ☿ per se, cui accedit quod etiam in via lactea, & stellis nebulosis in iaculo ♐, 3. cui consentit Mercurius Dominus M. C. & horoscopi in via lactea, & stella Boreali ori arcus ♐, Caput Draconis in M.C. in Cancro, Exaltatione Iouis, dignitates quidem largitur Ecclesiasticas, sed cum periculo, quia cum stella fixa, Hercule, quæ honores quidem, sed cum violentia decernit. Remotus est ab officio A. 1605. M. Iun. tùm enim M.C. ad □ ☽ perueniebat. Postea A. 1606. aliam nactus functionem itidem Ecclesiasticam. Mars in 5. liberos negat, aut si habiturus est, amittet rursus, aut erunt malorum morum.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LXV.
Rudolphus R. V. I. C.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

In hac Genitura, ambo Luminaria constituunt cum stellis nebulosis & obscuris, Sol quidem cum ♈ in via lactea, in □ ♄i, Domini 6æ. Luna vero Ascendentis Domina, in 1. cum præsepe, & ♂ Martis afflicta, qui positus, per se, licet nebulosæ non accessissent, oculis debilitatem designare solent. Cum autem Sol, Temporis Lumen, quadruplici labore infortunio, 1. in via lactea, 2. cum nebulosa. 3. in □ Saturni, 6æ Domino 4. coniunctus ♈, de nat. maleficorum ♂ & ♄, suspicor dextri oculi amissionem ex suffusione, sinistri vero debilitatem, à rebus Martialibus, causatam. Miror hunc natum non euasisse Theologum, ob Saturnum & Iouem iunctos in nona domo, sed tamen religionis negotium curæ ipsi fore, vel Ecclesiasticis inseruiturum, somniaq; profunda, eaque vera habiturum, arbitror. A. 1608. circa principium Mens. Ianuarii, carcere incluſus, causa, res vxoria, tum enim Medium Cœli ad □ ☽, Dominam XI Iæ festinabat.

GENI-

GENITVRA LXVI.

Christina Cameraria Autoris soror:



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc graui alterius oculi dolore affligitur, quem portendit partilis fere coniunctio Martis 6. Domin. & Solis, in Cœli Medio, Iuppiter cum stella nebulosa, Coma Berenices, &c. Viro egregie docto, insigni apud VLMENSES Medico, D. Dauidi Verberzio nupta est, (A. 1601. 21. April.) ob felicem illam Martis & Solis ad 7 m. coniugii domum, trigonicam radiationem, cui duos peperit liberos, filium & filiam, sed in ipso partu extinctos, propter Martis, Solis, & Iouis ad Liberorum domum oppositum, ☽ item ♄ & Veneris, &c.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA LXVII.

A. B.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc docti cuiusdam viri vxore, Epiphora, eaque diuturnâ, laborat, Heûrnius impetuosam fluxionem ex oculis illationem vocat. Nec dubito, quin progressu temporis non exiguam oculorum hebetudinem sit sensura, præsertim dextri ex suffusione, vel catarrho frigido concitatam, ob partilissimam illam Saturni & Lunæ, Luminis conditionarii, & 6. Dominæ in Horoscopi cuspide coniunctionem, Sole & Venere in morborum domo cum præsepe, stella nebulosa constitutis, &c.

GENI-

GENITVRA LXVIII.

Veronica Essidrina, Virgo.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ob assiduas fluxiones, in oculos illabentes, grauiss. dolores, & cruciatus passa est, & etiamnum patitur hæc nata, propter combinationem illam luminaris conditionarii Solis, cum ♃. & ☿. domino 1. in □♂ platico, Domin. 8. & in detrimento in Cancro signo humido non procul à præsepe, stella nebulosa, (quæ ♂ catarrhosos, & fluxionibus obnoxios oculos reddere solet) ob Venerem item in via lactea, & in M. C. Saturnum, cum nebulosis ♉. Dom. 6. in □☽ plat. in 6. & domo ♄. comam Berenices in 1. Quia vero luminaria neq; à maleficis, neq; à se inuicem ita enormiter læduntur, vt in præcedentibus, ♃ etiam in exaltat. decurrat inter ☉ & ☿♀ trino aspiciat ♂, debilem tantum visum, non vero omnimodam cæcitatem, prædictæ constellationes huic natæ afferre possunt.

GENI

GENITVRA LXIX.

Ioan. Stöfflerus, insignis Mathemat. olim Academ. Tubing. Profess.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ioannes Stæfflerus, Ioannis, vltimi Baronis in Stæffeln, qui in arce Iustinga habitauit, F. Naturalis: Ob Mercurium Dominum M. cœli, iunctum cordi ♏ stellæ fixæ, 1. magnitud. in cuspide horoscopi, & domo Iouis cum Luna, (ad M. C. in eoque existentem spicam virginis, felicem sextilem proiiciente) ♃, & Sole, ingenium non solum acutissimum, & in artibus, studio præsertim Mathematico, solertiam, peritiam & Doctrinam admirandam, sed etiam longe lateque clarissimum nomen & honores consecutus est non contemnendos; Iuppiter enim dispositor

Ascen-

Ascendentis & Luminarium, in proprio & 3. domicilio, Ecclesiasticas Dignitates promiserat, vnde Canonicus Ecclesiæ, dein Professor Mathematicus Inclytæ Tubingensis Academiæ factus, præclara (quæ partim extant) scripsit volumina Mathematica, partim conflagrantibus Academiæ ædibus, cui suam Bibliothecam, cum globo cœlesti (qui rotulis interius solerter adaptatis sponte reuoluebatur, motumq; diurnum Solis, Lunæ & Planetarum æmulabatur) testamento legauerat, maxima cum studiosæ iuuentutis iactura, in cineres abierunt. Ann. 1534. Mens. Ianuario.

Saturnus 2æ. Dominus, cum spica Virginis domum 2m feriens, vna cum Marte, paupertatem, qua misere premebatur, in qua & mortuus, significabat. Casibus ab alto sæpius expositum fuisse, ostendit Saturnus in signo aereo, in oppos. Martis, existentis in Angulo 4æ. Tempora casuum iis potiss. temporibus fuisse procul dubio coniicio, quando directio Horoscopi, Lunæ vel Solis ad □ ♂is, Saturni, vel M. Cœli ad ☍♂, vel coniunctionem Saturni peruenit. Vnde, cum certo die sibi periculum è ruina imminere præuiderat, & ædes suas satis firmas notat, (Hieron. Wolfio, viro vndiquaque doctissimo, in Append. Ephem. Cyprian. Leouit. teste) conuocat in musæum suum viros eruditos, quorum consuetudine & sermonibus recrearetur, orta inter sobria pocula disputatione, haud scio, qua de re, ad controuersiam explicandam, è superiore loco librum depromit, sed laxato clauo, asser, in quo stabant libri, in caput eius decidit, & insigne vulnus infelici seni infligit.

Magiæ seu potius Nigromantiæ suspectus erat, ob tot Planetas, in signis Igneis, præsertim Sagittario.

Effigiem suam delineari nolebat concedere, donec tandem in extrema senecta ab Andrea Rüttellio, suo in Mathematicis Auditore, multis precibus persuasus, concessit, qui propriis sumptibus, Iconem Dni. sui præceptoris, non solum papiro, & ligno effigiari, sed etiam in silice Noribergæ affabre exsculpi curauit, quorum Originalia adhuc à D. Friderico Rüttellio, Mathematico, & V. I. Candidato, Amico meo plane singulari, sedulo asseruantur.

Anno Christi 1531. d. 16. Febr. Blabiræ, (quo quidem Aëris infecti vitandi causa, cum Academicis concesserat,) nihilominus peste correptus, senioque confectus diem obiit. Anno æt. 78. Mens. 2. diebus 5. completis. Propter Dominam 8. Lunam, cum ☿, ♑, & Sole in ♄, signo humano & stellulis ♄, de nat. ♂ & ☽, & Venerem, Dominum 6æ. in detrimento, abiecto loco, & signo ♅ venenato Scorpii. Saturni item & ♂ oppos. altero in dō, altero in exaltatione, & signo aëreo, 8m. □is suis feriente-

tes. ♂ quoque in sign. human. & aëreo, septimæ cusp. in festante. Tempus mortis elicitur ex direct. horoscopi, ad □☿, vel □ proprium, cum ☿us in cuspide Horoscopi consistat, M. Cœli item direct. ad coniunct. ☽ Domin. 8æ. Corpus eius Tubingam translatum, & in Vniuersitatis sacello, honorifice sepultum est.

Ioan. Garcæus, vir doctissimus, & de Astrologicis aliàs optimè meritus c. 9. p. 146. acre & industrium ingenium Stöfflero, Mercurium in geminis, & Imo Cœli largitum esse, scribit; sed quæso, quomodo Mercurius, Sole existente in Sagittario (nostra enim vera, & ipsiusmet Stöffleri scripto confirmata Genitura est) potest esse in Geminis, signo opposito, cum ne vnicum quidem signum possit abesse à Sole? item, Sole versante in ♐, & Ascendente, ♊ in Imo Cœli?

GENI.

GENITVRA LXX.

Anna Ortholphin.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc, docti cuiusdam viri vxor, Ann. 82. circa D. 20. Martii, sine omni noxa ex altera ædium contignatione cecidit. Luminaria quidem afliguntur, Sol quadrato Martis plat. Luna opposito ♄ itidem platico, sed △ Iouis Domini 8. ad ♂ ✶ ☉ Domini 1. in exaltat. ad Saturnum, Venus festinans ad ♂ ♄ mitigarunt malum. Obiit deinde An. 84. D. 22. Septemb. peste. Quam denotabat, Alterum Luminare Luna, cum corde Scorpii venenoso sydere, ab alterutro maleficorũ ex signis humanis læsum, Dominus 1. Sol, dõ & quadrato Martis afflictus, Dominus 8. cum Mercurio in signo venenoso, &c.

Notabilis Regula.

In omnib. genituris, quib. ♄ in medio vel imo cœli reperitur, pſertim i. ♂. □. vel ☍ luminarium, natum casib. sæpissime expositum fore significat, iisq; periculosis, vel minus periculosis, pro Bene-vel Maleficorum aspicientium natura. Exempla vbiq; sunt in promptu apud Astronomos, sufficiant inter multa, saltem sequentia.

GENITVRA LXXI.

Casus ab alto.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic scalarum casu maxillam, & medium dextræ manus digitum vehementer læsit, Anno 1600. 7. April. M. cœli tum Saturno per directionem occurrente. Debili vtitur visu, ob positum Luminarium cum Lino)(, & Caudam cum præsepe. Aliquot casus perpessus est ab Equis periculosos, A. 1604. 16. Ian. 1605. 21. Octob. 1606. 19. Ianuar. propter Mercurium in 12a. signo quadrupede, in flexura boreali ☊ & ☿ altera in 9. altera in 3. constitutis.

GENI-

GENITVRA LXXII.

Sig. L. Pharmacopola.



Hic ann. ætat. 14. circ. ab alto cecidit, magno cum periculo, sed salvus euasit & incolumis. Ex direct. M. C. ad ☌ ♄ in signo proprio, & aëreo, vt in præcedente Themate.

GENITVRA LXXIII.

Ioan. Dauid Camerarius, Philosoph. Candidatus, Aut P.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Casibus sæpissimè periclitatus est, præsertim An. 99. 1600. propter Saturnum in M.C. signo aëreo & ♀ in 8. cœli loco. Ingenio aliàs esset satis felici, nisi corpus haberet valde *νόσερον*, propter Mercurium Dominum 1. in casu & detrimento, in quadrato Saturni, Dom. 6. & □♂ Dom. octauę, &c. Ann. 1600. & 1601. laborabat febri tertiana, propter directionem ascendentis ad quadratum & M. cœli ad oppositionem Martis.

GENITVRA LXXIV.

Ioan. Mannich. Theol.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mercurius Dominus M.cœli, non quidem in detrimento, casu, neque Retrogr. coniunctus tamen partiliter, cum ♄, in signo aëreo, Saturnino Luna item vehementer læsa □♂. Domino 1. magna pericula ex casu & præcipitatione portenderunt. Ex secunda igitur ædium contignatione prolapsus grauissime læsus est, ita vt morti fuerit proximus, & neque pedes neq; manus officium suum facere amplius potuerint, Ann. 1601. 14. Ianuar. Sed quid fit? Fortunati Iouis ad Lunam Trigonus, eiusdemq; ad Saturnum & Mercurium, Dominum 8, & 10. sextilis tantum potuit, vt operâ Medicorum tandem post 8. menses integre conualuerit. Non dubito hunc naturam, ab Equis & animalibus maioribus damna passurum, ex Marta, Domino 12. in □☽, in Itineribus, ob ♍ in 9. signo quadrupede, in ☊ ♄☿☌☊, & □☉ horoscopi, Pleiades in Occasu, & Sol in cuspide 4æ. signo aqueo, & □☉ Iouis Domini 4.

GENI-

GENITVRA LXXV.

Nicodem. Frischlin. P. Laur. Com. Palat. Cæsar.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Quam vana sit quorundam Astrologorum persuasio, quod Mercurius ☿ tarditatem vel stupiditatem ingenio inferat, si non doctissimorum virorum plurimorum, imo maxima ex parte, vtpote Io. Sturmii, Milichii, Garcæi, Siderocratis, Carion. Rhetici, H. Bunting. Chil. Goldstein, Mordeisen, Zvvinglii, Wilh. B. tamen hæc sola genitura patefacit. Quid enim præstiterit hic vir, ipsius innumera pene & præclarissima opera, quod non tardi vel stupidi ingenii fuerit, luce meridiana clarius testatum faciunt. Captus est Moguntiæ Ann. 1590. M. April. & inde in Wirtembergiam adductus. Nouembr. a. 29. eiusdem Anni, noctu ante diem S. Andreæ proxima, conans ex Hohenauracensi captiuitate effugere, à per-

perfido fune, quem ex pannis confecerat, desertus, de celso muro in aliam atque aliam petram subiectam præcipitauit: partibusque corporis miserabiliter confractis, interiit. D Crusius in Annal. Sueu. l. 12. p. 3. c. 37.

Dominus 12. in casu suo à maleficis infestatus, carcerem designabat, propter inimicos, quales per Leonem significantur, nempe nobiles & potentes. Vtraque luminaria in signis violentis læsa, Sol ☌ Martis, □ Saturni, & □ Lunæ. Luna ☌ Saturni. □ ♂. ☉ & ☿ ♑ ex ♎ & ♄ signo terreo & aereo, violentam mortem, casum vero ab alto Saturnus in I. C. læsus □ ♂. ☉ & ☿. signo aereo, designarunt.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LXXVI.

Petrus Paulus Hôchstetter, Medic. D.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mercurius Dominus Ascendentis in proprio signo & cuspide horoscopi cum ☿, ingenium acutissimum, Veneris verò Martis & Solis coniunctio felicem & Excellentem Medicum monstrâruńt, Diuitias ex coniugio Venus Domina signi ♎ in △ Iouis, & ♄ in)(domo Iouis & septima. Quoties etiam repetam, quod Saturnus in M.C. semper præcipitia portendat, præsertim hac in genesi, in signo ♊, aëreo, ob Mercurium Dominum ascendentis, & M. C. dispositorem Saturni, in proprio signo, ex proprio signo, in cuspide, ex cuspide angulorum læsum, ab hospite proprio Saturno? Casu scalarum, mortuus est Ann. 1603. D. Nouemb. 25. inter 8 & 9. h. p.m. In reuolutione annua festinat Luna ad ☌☉, & ☌☿. Saturnus affligit Solem □☉ &c.

GENI-

CENTVRIA I.
GENITVRA LXXVII.
I. Christ. Paulus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Infelix geneſis eſt, idq; euentus docuit. Ex tertia enim altiſſimarum ædium contignatione in Imperiali R. prolapſus, miſerrimè læſus eſt: caput enim ad lapides vehementer alliſit, ita, vt pars ſubſtantiæ cerebri per nares effluxerit, ſtatimq; expirarit, Ann. 1605. D. 4. Auguſt. h. 11. p. m. circ. Mars Dominus 8. maleficus, in domo propria, cum ſtella fixa violenta, ab altero malefico oppoſitione læſus, itidem cum ſtella violenta conſtituto, altero quoq; luminarium enormiter læſo, mortem violentam deſignarunt. Caſum vero abalto, Saturnus cum Pleiadibus & capite Algol. in 9. (vbi præcipitium aliàs minatur) in oppoſitione Martis & Lunę. Dominus M.C. & 1. in caſu, & detrim. in 7. in ☌♅ & itidem in detrim. & Domini 7. Receptio mutua ♄ & ♀ ex domib. ♄ enim eſt in domo & □♀. ♀ in domo & □♄. ex ſign. terreo & aereo, ☌♅☉. &c. Tempus mortis inuenitur per direct. Lunæ ad cor Scorpii. In reuolutione Tychonicâ recedit ☽ ab ☌♂. Domini 8. in 8. cum ♍ in ♈. (quod ſignum caput occupat) & tendit ad □♅ Dominum 7. in caſu, itidem in □♂. Saturnus eſt in I.C. □☉ & ☿. dom. 10. & 1. vt in Rad. &c.

GENITVRA LXXVIII.

Frid. Ioh. V. I. Cand.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Anno 1607. 7. Decemb. circa 6. p. m. equô cecidit. 20. eiusdem, h. 12. noct. obiit. Medio Cœli directione tendente ad quadratum Veneris, Domin. 12. cum Saturno, Dn. 8. & 9. in Sagittario, vniuersaliter enim, Malefici aut Luminaria, afflict. in Ariete, Lerna & Sagittario, præcipue autem Sagittario, vt hîc, Saturnus 8. & 9. Dominus, quadrato Martis ex angul. magna pericula ab Equis & magnis animalibus decernunt. Insignis erat Musicus, quod denotabat sextilis Iouis, dispositoris Veneris, ad Mercurium in 6. trigonus eiusdem Iouis ad Venerem partilis, & ✶ ♃ ☿ &c.

GENI-

GENITVRA LXXIX.

M.G.T.V.I. Licentiandus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dicunt Astrologi, qui sit natus ascendente Libra, hunc ipsum futurum causam suæ mortis, quod Venus & domina vitæ & mortis sit. Capite Algol & Ioue in ♉. collum possidente, Retrogr. dispositore ♄. ♀. & ☉ in 8. consistentibus hac in genesi, liberiori forsan vini haustu, equum alacriorem calcaribus reddere conantem, maleficus Saturnus cum ♀ in 3. in ♐ corde Scorpii, domo breuium itinerum, equi tractu & casu violenter necare potuit, breui in itinere, ☉ est cum cuspide ♐. de nat. ♂ & ☽. In multis genituris sæpenumero deprehendi. Saturnum cum ♀ in ♐ semper pericula, & casus ab equis, præsertim nigris de signasse, quod Sagittarius sit formâ, parte superiori homo, inferiori & posteriori equus. Mars in 12. vniuersaliter dat damnum ab animalibus maioribus, & in signo aëreo casum ab alto. Vtraq; Luminaria ab vtroq; malefico læsa, in domibus itinerum, mortem in itinere, violentam, eamq; extra patriam. Anno igitur

1600. M. August. in itinere, de equo cadens, miserè obiit. Tempus mortis inuenitur ex directio. M. C. ad □♄, dispositorem mortis, cum stella violenta, in 8. Retrogr. &c.

GENITVRA LXXX.

Ed. Fort. M. Bad.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Illustrium & Magnorum quorundam virorum Auxiliis, certas ob causas, regno eiectus Anno Christi 94. quod significabat Dominus 12. in casu, ♄ in 12. in detrimento, Luna læsa ☌ ♂ in angulo M. C. & quadr. Iouis, Mars in decima captiuitatem à potentibus, deiectionem honorum, & inimicitias omnium consanguineorum, mortẽ violentam in peregrinis locis. Dominus 8. iunctus Lunæ luminari conditionario, in Medio cœli & □♄ cum ♆ in ♐ signo aëreo prope Aldeboran, mortem ex casu ab alto portendit, quo etiam mortuus est, è scalis enim decidens vitam finit, circa Ann. Christi 1600.

GENI-

GENITVRA LXXXI.

Ioannes Besamer.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic, cum fratre sequente, A. 1601. 18. Februar. magna terræ strue obrutus & suffocatus est. D. Origanus part. 3. de Stell. Effect. c. 22. aphorism. scribit: Saturnus Mari, per coniunctionem, vel quadratum aut oppositum radium copulatus, significat ruina opprimendum, aut sepultura vitam, aut sepultura vitam necandum, casum in foueam. Vides hîc, Saturnum & Martem angua lares ex signis violentis oppositos, infestantes Lunam, & Iouem 8æ. Dominum, vides caudam in 8a. de nat. ♄ & ♂, vides violenta omnia.

GENITVRA LXXXII.

Michael Besamer.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Schonerus fol. 129. Saturnus in Medio Cœli, si tunc Sol, vel Luna (hic est Luna) Hylech fuerit, in signo igneo, in quarta domo, significat eum mori per ruinam, aut per rem, quæ supra natum cadet. Casum & ruinam significant ambo Luminaria insigniter læsa, Luna quidem oppositio Saturni, ex angulis, Sol vero, quadrato Martis, Domini 8æ. Mercurius dominus Horos. & M. C. est Retrogr. in abiecto cœli loco & □bi. Similia fata designata sunt, quod vterq; Saturnum in Medio Cœli, & Martem in proprio domicilio & Scorpione habuerit.

GENI-

CENTVRIA I.

GENITVRA LXXXIII.

Mart. P.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Huic, A. 1606. d. 5. Nouemb. horâ 9. p. m. sinistrum crus fractum, luctanti cum aliquo Horoscopus ad Coniunct. Solis in ♄, (crura sub se habens) in ♑ Saturni ex Angul. & sign. human. damna ab hominibus in cruribus, nec dubium quin etiam casu fractus sit brachium. Huic Genesi aptè quadrat Aphorismus IV. de morte violenta, apud Ioan. Garcæum, p. 367. Ambo Luminaria ab vtroq; malefico læsa, ita vt alterum Luminare, & alteruter maleficorum in signo violento, vel cum Stella fixa violenta constituatur, mortem violentam portendunt. Hunc igitur aut Aquis suffocatum, aut suspensum iri arbitror. Mors ex Aquis portend. à Luna, & ♆, cum Hercule, violentiss. sydere, in 8. & □ Martis, vel ab homine, laqueo, suffocatione, strangulatione, propter ♑ Saturni ex ♊ & ♄, cum dextr. humero Orion. ad Solem & Mercuriũ dispositorem Saturni, in Orientis Angulo, &c.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA LXXXIV.

Iust. Mör. IC.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic bis, vnum fregit brachium. Puto primâ vice, ex directione Medii Cœli ad quadr. Saturni, in angulo 7ę. in quadr. Lunę, & Iouis Retrogr. in signo aëreo, accedente Martis positu in Imo Cœli, in Geminis (brachia sub se habentibus) brachiorum fracturam ex casu, designante. Malefici enim in 10. vel 4. semper casus (vti aliquoties dictum) portendere solent. Alterâ, casu iterum fregit brachium, A. 1600. vlt. Maii, tunc enim Medium cœli perueniebat ad oppositionem Lunæ.

GENITVRA LXXXV.

M.Steph.D.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

A. 1606. M. Nouembr. circ. casu, dextrũ fregit brachium, quo, malè curatus, ita, vt brachium inde fermè sit emortuum. Saturnus Medii Cœli Dominus, in quadr. Mercurii, Veneris Retr. Dominorum 1. & 6. in in 6a. oppositus Martis Retrogr. ad Lunam ex Gemin. & Sagittario, sign. duplicibus, ex angul. 1æ. & 7æ. vt in sequenti genitura, ex 7. & 10. membrorum fracturam, &c. Obiit A. 1607. d. 9. Decemb. Horoscopo per directionem, ad quadratur. Solis in sexta, tendente.

GENITVRA LXXXVI.

Frider.Pf.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et huic, in lucta, brachium sinistrum fractum. Ann. 1606. 1. August. Medium Cœli, in principio Geminorum, brachia complectens, tum peruenerat ad quadr. Martis.

Luna cum ☊, in aëreo signo, Cauda in 4. cum corde Scorpii, ruinam & casum; Brachiorum vero læsionem significat eadem Luna, in cardine Cœli, & Geminis, à Martis quadrato, in)(infestata, ex angulo 7æ. (vide Aphorism. 6. de claudicatione pedum, apud I. Garcæum, c. 20. p. 328.) Mars Dominus 8æ. in opposito Mercurii Domini M. Cœli, & Ascendentis, & □ ☉, Lunæ, Sol cum Saturno prope 12. & Cauda in 4. in signis Igneis, mortem ex globo bombardico, fulmine, &c. portendent.

GENITVRA LXXXVII.

Ioan. S. Insignis Theologus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic Equi casu crus fregit. An. 1592. 16. Februar. Horoscopo per Direct. ad finem Piscium, term. Saturni, & Exhalma, ac principium Equinoctii Verni, festinante. Vel potius, Directio Medii Cœli ad 0°. 0′. ♏ in XII. vel finem ♆, circa stellulas ♆, in term. Saturni, Domini Horoscopi, existentis in 9. itinerum domo, in Libra, signo aëreo, in quo Saturnus, vtpote Exaltatione sua, non minus ac in Sagittario, casus ab Equis, & ab alto, decreuisse, vt & hoc, Directiones significatorum non ad Planetas solum, sed etiam ad illorum terminos, speciale quid portendisse, Experientiâ constat. Non mirum igitur si Saturnus in Sagittario corpore, id etiam suo termino efficiat, præsertim hîc in 9. signo aëreo, vti dictum.

GENITVRA LXXXVIII.

L.S.B.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna, Domina XIIæ Domus in signo quadrupede, à Martis oppo-
sito, & Saturni quadrato, Domini 6æ. in quadr. Solis, altero in Scorpione,
& 4a. altero in Aquario, in 7æ. angulo, signis fæmoribus & pedibus di-
catis, damna à quadrupedibus circa fæmora designauit. Anno enim 76.
d. 30. August. Horoscopi Directione ad □ ♄i tendēte, transitu simul ☉is
per ♋ Vener. Ioue, & Mercurio, altero in 8a. altero in 6a. Radicis locum
Lunæ coniuncti simul transeuntibus, ♀ in loco Saturn. & quadr. ☉is
Rad. existente: ab equo ita grauiter percussus, vt sinistrum inde fæmur ei
fra-

fractum fuerit. Ann. 1602. d. 15. Iun. in dextro oculo vehementer læsus. Ambo enim Luminaria ex angulis inuicem oppoſita, & à maleficis læſa, nullo beneficorum intercedente oculis pericula & mortem violentam minantur.

Saturnus Dominus 6. & 8. qualitatem mortis præſagit, ex ſubmerſione, cum ſit in ſigno aqueo, in 4a. ſuffocatione, propter Iouem in 8. cum ♍, & Solem in □ ♄i, ♂m in 7a. in ſign. aëreo, Saturnino, in ſigno vero venenato Saturnus, in quadr. ad Im. & cum Lucida Coronæ Gnoſiæ, Venenum vel PESTEM potius deſignare videtur.

GENI-

GENITVRA LXXXIX.

L. Cæ. Scriba.



Luminariũ & Nodorũ motꝰ sunt ex Tychone.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic periculoso Equi casu, per integram fermè horam semianimis iacebat, & nisi agricolæ, qui tùm ruri erant, subuenissent, omnino periisset. Hoc periculum indicauit, Directio Medii Cœli ad quadratum Martis, existentis in signo quadrupede, sed vix euasisset, (Astrologicè & Physicè) nisi simul Directio Horoscopi, ad sextilem Iouis subsecuta fuisset, nam Gradus 7æ. tùm ad 8m. pertingebat, A. 1606. 14. Maii.

Casus ab alto, portendunt, Saturnus circa Imum Cœli, in propria domo,

domo,& signo terreo, ab Equis, in signo bestiali,ab animalibus maioribus, Mercurius Dominus XIIæ. in Ariete,signo quadrupede,in 6a.quadrato Saturni ex 3a.læsus,& Luna, Domina M.Cœli in XIIa. in opposito Solis,Ioui Retrogr.iuncta: in Aquis, Mars cum Pleiadibus in 8a. iam occasurus,ambobus Luminaribus in abiectis cœli locis inter se oppositis.

Luem Vngaricam,)qua laborabat A.1597.M.Septembr. Bresburgi Vngarię)quam secuta est inflāmo partium oris,(Germani vocant Breüne) & Dyssenteriā, designauit, Mercurius in 6a. domo Martis,& quadr. Saturni.tunc enim Sol & Saturnus iuncti in Virgine, in quadr. Martis, Locum oppositum Solis Radicis in 6a. morborum domo, transitu infestabant.

Carceres minatur(ex sententia Gatcæi,aphorism.6.de Carceribus) Mercurius, Dominus XIIæ. in essentiali dignitate Martis & angulum occidentis occupans,à Saturno partiliter læsus.

Violentam mortem vix euitabit,propter coniunctionem illam Veneris)Dominæ 1.&8ę.)& Martis,in dō venerea,cum violentissimo syderе capitis Medusæ, quadr. Satum. & Mercurii, oppos. Luminarium, ex 6.& 12.cœli locis, &c. Caueat diligenter ab Equis, aquis, mulieribus, veneno, &c.

GENITVRA XC.

M. Ioan. Iacob. Theologus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic equi casu, vehementer vulneratus in capite, An. 1607. 7. Sept. Medio Cœli tùm occurrente 6. Grad. Arietis, signo Martiali, oppos. Lunæ, IIIæ. Dominæ, cum Marte, in oppos. ad XIIam. magnorum animalium domo, & quadr. Iouis. Saturno Retrogr. in propria domo, & CœliM. existente, qui positus infallibiter casus portendere solet, &c.

GENITVRA XCI.

Mel. Aich.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic aliquot casus, eosq; valdè periculosos perpessus est, ab equis, præsertim A. 1605. d. 9. Maii, Horoscopò ad ☊ Saturni, in signo quadrupede, angularem tendente, A. 1604. M. Ianuar. Colicâ per aliquot septimanas laborabat (operâ tùm nostra, per Dei Gratiam, sanitati restitutus) quam portendebat Mars occurrens Horoscopo, cum Venere & Mercurio in Libra, signo flatulento, & ventrem inferiorem complectente, in □ ♄i. Coniugum opes (duas enim iam duxit) iudicantur ex Sole, 7 m. sextili partili, & Ioue, generali Diuitiarum Significatore, similem ✶ in 7 m. & ad Dominum 7æ. in 7a. proiicientibus. In Oculis ictu discrimen subibit, & Cardanus de 3bus Stellulis in fine ♄ scribit: si sint cum Luna (vt hîc in 6a.) honores quidem decernere, sed qui sic habeant, iaculo morituros.

GENITVRA XCII.

W. Chr. à Bl. Nob.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic casu ab equo, fuscedine nigro, in Gallia præcipitatus, duas costas fregit, & semimortuus sub equo iacens, ferè, nisi galea obstitisset, globo bombardario, per frontem & caput, traiectus fuisset. Saturnum in I.C. coniunctum dominæ 10. præsertim cum stellulis Sagittarii, casus ab alto & Equis portendere, toties iam annotatum est, vt superuacaneum sit, ea de re, aliquid amplius hic, addere, Nuptias celebrauit, An. 1605. 1. Maii: ex dire&t. M. C. ad Aldebaran.

GENITVRA XCIII.

M.C.



⊙, ☽ & ♄ ex Tychone.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hęc, Equi casu, talum sinistri pedis, fregit. 1601. d. 6. Ianuar. A. 1605. 29. August. brachium sinistrum lęsit, equi casu. Medio cœli occurr. quadr. Iouis, Domin. domus 3. in Leone 1607. 29. Nouemb. scalarum casu, dexteri pedis talum læsit. 1608. 17. Ianuar. itidem scalarum casu, coxam læsit.

Ecce maleficos ambos, Martem & Saturnum, Martem quidem in propria, Saturnum verò in Veneris domo, Medii cœli Domina, oppositos, in Lunæ quadrato, &c. Cauda Draconis in 3. damna ab Equis, in breui itinere, in pedibus, propter Piscium signum.

Difficilis quoque partus, & violentorum casuum aliquot manifesta signa adsunt, in hac genesi, &c.

Non plus Fata tamen, quam pia vota valent.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA XCIV.

I. Lud. Popp. Sartor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic, casu ab equo, dextrum fregit brachium, 1598. M. Nouembr. Mars Dominus Ascendentis, & 6æ. domus, in cœli Medio, iunctus Lunæ in Leone, signo quadrupede & bestiali, damnum ab animalibus quadrupedibus, & casum ab equis, quem etiam Cauda Draconis, de nat. Saturni & Martis per se, in signis ♊ & ♐ plerumq; designare solet, vt in multis genituris expertus sum, Brachii vero fracturam, Gemini, præsidentes huic membro, quadrato Saturni & Iouis afflicti, &c. Annum & Mensem casus, directio Medii Cœli ad Coniunctionem Martis ostendit.

GENI-

GENITVRA XCV.

W. B. Theologiæ D. eximius.



Anno 1539.
Nouemb.
D. H M.
2. 11. 30.
merid.
pol. 49. 15.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ann. 1571. 5. April. post medium noctis per Melancholiam casum ab alto fecit, quo paulo post, piâ confessione edita, expirauit. Sol luminare conditionarium cum ☿ Retr. in constellatione ♂ ex angulo M. C. Lunam in domo Solis igneo angulo occidentis ferientes, ex siccitate turbidum ingenium & mentis alienationem sæpe etiam simul violentã mortem significarunt, quæ magis etiam confirmat ♂ in domo 8. significator mortis in Virgine signo terreo, frigido & sicco melancholico, ex Melancholia, Luna in 7. domo semper mortem subitam & inopinatam, præsertim hoc in themate in □☉ existentis cum ☿ Retrog. dispositore ♂ significatoris mortis, in signo violento, ♄ etiam cum ♆ Melancholiæ promotor & Dominus Horoscopi in signo violento ♒ aereo, mortem ex casu ab alto designarunt. Tempus mortis significarunt directiones Horoscopi ad □☉ Domini domus 8. & M. C. ad ✶♄. Domini Horoscopi, ex signis longarum ascensionum, qui □° assimilatur.

GENE-

GENITVRA XCVI.

Michael Lotichius, Pomeranus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mercurius in ♌ ☉ & ♋ ✶ Saturnum & Martem aspiciens, profundiss. dat ingenium, & doctissimum aliàs hominem fore indicat. At Horoscopi Dominus Iuppiter Retrogr. iunctus ♆ in ♒ signo Saturnino, oppositus luminari conditionario Soli, Dom. 8. coniuncto cum ☿ & ♑ in 8. domo abiecta, Saturno & Marte cardinem 10. obsidentibus, Lunāq; in detrimento & prima positam, in signo ♄. suis maleficis □is prementibus, non aspiciente Mercurio, Luna ad ipsos applicante, ex nimiis & assiduis profundioribus cogitationib. & studiis accersiuit sibi malignos humores, aut quod malim ratione temperamenti melancholici, & naturæ ♅ & ♌. item ♄ cerebrum exsiccauit & corrupit, ita, vt in Melancholiam inciderit, mentemq; turbarit, nec dubito, illū aut Epilepsiæ, aut frequentibus casibus ab alto, violentæq; morti subiectum, ob Saturnum & ♂ in 10. ☽m & 8m infestantes: ♄us enim & ♂ in ♎ signo aëreo præcipitium minantur.

GE-

GENITVRA XCVII.

Joannes Paludanus.



Anno 1531.
Februar.
D. H. M.
14. 16. 30.
p. m.
Campiduni.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Erat hic Ludimoderator, Pastor, Poetaster; & insaniâ laborauit. Mercurius in exilio, combustus à Sole, □ ♄i verberatur, neq; vllibi cum Luna aspectum habet. Gibbo deformis est, sic tamen, vt saltem incuruata ceruice incedat. Fortassis hæc deformitas Marti Horoscopum obsidenti in signo incuruo adscribenda est. Luna, quia in primis vitæ dispensatrix erit, vna in Horoscopo. Incuruitatem ☌☿☽. & ☌♅♑. ☽☿♅. in □☌ ex signis Æquinoctialibus & solstitialibus designant, Mars enim est in flexura nodi, propè ascendentem, qui capitis & ceruicis inferre solet defectum, Venere etiam cũ ☽ in ♈. quod signum similiter caput sub se habet, existente.

GENIVRA XCVIII.

Paulus Lieſch.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Luna, luminare conditionarium, iunctum Saturno ℞. in detrimento dom. 6. & 7. domus, diſpoſitori Martis, ♀. & ♍ in ♑ ſigno melancholico. Solis item ☿ & ♃ in ♒ ex 12. loco abiecto, ad Solem Dominum Horoſcopi, in detrimento, Mercurium ℞ & combuſtum, & Iouem in 6. conſtitutos, radios partim platicos, partim partiles proiicientes, maniacum effecere. Anno enim 63. (M. C. oculo ♂ per direct. occurrente) in Maniam incidit, ex qua delirus factus, proximo anno poſt mortuus eſt.

GENI-

GENITVRA XCIX.

Theod. Vespas. Mörder, Spir.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Epilepsiæ morbo obnoxius fuit hic, (quo etiam mortuus est M. Septembr. eiusdem Anni) quod aperte significabat ♂ illa ♄ & Lunæ, in ☥ cũ corde ♏ & angulo M. C. in ♌ partilissima ad Solem, cum oculo ♉. ex signis bicorporeis (in ipso enim Eclipsis Lunaris fere medio natus est, eiusmodi autem morbis solent vt plurimum tentari, qui Luna plena nascuntur) non aspiciente Luna neq; Mercurium, neq; Horoscopum, Iuppiter quoq; Retrograd. & pulsat ☿ ♏, Dom. 6. & 8. cum ♂. ♀. & capite Medusę.

Vitæ breuis fuit. Luminaria enim quamuis in angulis, nihilominus tamen hîc infeliciter cõstituuntur. 1. ratione oppositionis mutuæ. Nati enim in nouilunio aut plenilunio raro sunt durabiles, aut prospera va-

letudine vtuntur, hi quidem propter nimiam humiditatem, illi ob nimiam siccitatam. Quare inquit Cardanus, si tum Sol & Luna simul infecti à Saturni vel Martis radio malefico fuerint, omnino de nutritione desperabimus.

2. Vtrumq; luminare, Sol & Luna à Saturni Domini 1. malignis radiis enormiter læditur, Luna quidem vtpote Hyleg, ☌ ☉ ☍, Sol autem insigniter læditur à Saturni ☍. teste Gaurico.

3. Luna nondum transiuit ☍ ☉. ergo vita fuit periculi plena, quia illi aspectus potissimum lædunt, ad quos accedunt luminaria, non à quibus recedunt.

Iuppiter dispositor Hylegii siue Alchocodon, in cadenti dat 12. annos, caput Draconis intra 12. gradus, dat quartam partem annorum Alchocod. nempe 3. annos. Hinc, nempe ex annis 15. solus ♂ suo ☍ aspectu admittotos 15. annos. Insuper vt non remaneat quod 20. anni, etiam ob ☍ ☿ subtrahantur.

Eclipsis præterea præcise fere in tempus genituræ incidens, & tantum Min. 10. subsequens, decimam & quartam inficiens, breuem vitam portendit.

Non autem citiùs mori potuit (inquit Dominus Fr. Rüttellius) quam cum directio Lunæ luminaris conditionarii & Hylegii ad ☍ ☉. & locum verum Eclipsis peruenit: Sol enim & Luna Saturnum iam præterierunt. Si autem præcise in oppositione Solis & Lunæ natus fuisset, non vixisset, cum ergo 10. minutis prius, adhuc aliqua vitæ pars supererat.

CENTVRIA I.

GENITVRA C.

Iacobus Pynſon, iuuenis Epilepticus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

P. Foreſtus, obſeru. Medic. l. 10. c. 60.

Epilepſiâ laborat hic iuuenis, Annorum 16. quæ cauſam habet in cerebro confirmatam, & ob hoc erit curatu difficilior, & niſi ante 25. ſuum Annum ſoluatur, dico cum Hippocrate, quòd erit incurabilis, & ℘ cum ea tandẽ morietur. Propterea diligenti Examine, huius iuuenis genẽturã excuſſi. Natus eſt autẽ A. 1542. die primo Iulii, qui fuit Saturni, ſecundo gradu Virginis horoſcopante, Luna cum nodo boreo, in piſcib. ſigno humido occumbente, per Saturnum & Martem trino oppreſſa. Erãt autẽ Saturnus & Mars in tertio cœli domicilio cõiuncti in Scorpione, ſigno

humido, venenoso ac morboso: Mercurius autem sub Sole combustus in Cancro. Præcipua itaq; pars Erraticarum in signis morbosis, humidis, maleuolis. Hinc puto morbum fore difficulter curabilem; & nisi Iuppiter ascenderet, & horoscopus satis vitam tueretur, dixissem pro vix ad hos annos, quos nunc habet, peruenisset. Nunc autem valetudinarium & miserum ac caducum procul dubio hæc omnia decernunt. Luctabitur igitur perpetuô cum hoc malo, & rem habebit cum Medicis. Sed admodũ difficile hi honorem ex arte sua ac industria consequentur; & ipso multo difficilius sanitatem. Curatio itaq; tam ratione Medica, quàm Stellarum configuratione, concludendo, erit difficillima, neq; vacat periculo. Est & hoc nimis terrificum, ac valdè graue, mihiq; metum incutiens, quod inopinatè nihil suspicantem, & præsentientem inuadat: ideo diligentius obseruandus, ne foculo assidentem occupet, nemine succurrente, & ita corruat, aut si circa ripas fluminis obambulet, incogitans in aquas concidat, & suffocetur, &c.

Idem P. Forestus in Scholiis, Obseru. 60.

Non temere iudicamus decreta Astrologorum antiquorum, potissimùm Ptolemæi (qui sincerius de iis scripsit à Medicis contemnenda esse, qualia de configurationibus Stellarum, facientibus ad morbum comitialem scripsere. Habeo autem plurimas Genituras Epilepticorum, in quibus ea respondeat præcipuè, quæ Ptolemæus de iisdem obseruârit, vide de his plura Pontani doctiss. l. 13. de reb. cœl. Hæc Astrologia, quæ animum non attingit, sed corpus ipsum, quatenus humoribus ob Lunam subiectum, minus Theologiæ, etiam Theologis testibus aduersatur.

HORARVM NATALIVM CENTVRIA ALTERA.

HEnricus Ranzouius, Ioannis Eq. Aur. F. Henrici N. Bredonis Pron. Caii Abnepos, Generosus & Illustris Heros, Sereniſſimi Daniæ Regis, in Ducatibus Sleſvvici, Holſatiæ & Ditmarſiæ Gubernator, Conſiliarius & Præfectus Segebergenſis: Dominus in Bredenburg, Ranzovisholm, Drackenburg, Nutſchou, Redingsdorp, Tuſchenbec, Rintelem, Melbec, & Wandesburg: Nobilitatis Eruditæ Apex: Oculus Reipublicæ & Rector ſcientiſſimus: Vates bonûs: & Literarum ac Literatorum Mecænas.



IV-

HORARVM NATALIVM IVDICIVM ASTROLOGICVM.

D. Conradi Dasypodii, Mathematici Argentinensis.

Mars & Venus sunt in propria domo.

Coniunctio benigna Iouis & Veneris, fortunarum in dō propria Veneris.

Sextilis aspectus Veneris & Iouis ad Lunam & Mercurium, ex 7. Cardinali domo, in 4:

Coniunctio Mercurii & Lunæ in quarta dō Cardinali.

Caput Draconis & Fidicula in secunda dō.

Coniunctio Solis & Saturni in Ariete infortunata est.

Cætera omnia bona, feliciaque sunt.

Directi & veloces sunt omnes Planetæ excepto Mercurio Retrogrado.

Omnes Planetæ sunt in Planetarum Exaltationibus: Ergo honores ipsi promittuntur: & sub terra, exceptâ Venere, quæ & ipsa occidit, quod ingenii vires occultas designat, & longam vitam.

Oppositio præcedens Natiuitatem, cadit in 10. domum.

Nam Luna fuit in 18. Gr. Virginis supra terram, id significat etiam honores.

Sol in Exaltatione excellentes honores, atq; dignitates largitur.

Duo Planetæ in propriis domibus faciunt illustrem, splendidam ac celebrem fortunam & in maxima vitæ parte, & in suis actionibus felicem & fortunatum.

Mercurius in angulo dat alacritatē Ingenii', literarum atq; disciplinarum studium, in primis v. rerum Mathematicarum & naturalium.

Coniunctio Mercurii & Lunæ, in quocunq; signo fiat, excellentia facit ingenia, in quibus non tantum est Indolis Prestantia, sed & industria atq; sagacitas eximia, verum Retrogradus Mercurius actiones, non Ingenia impedit.

Mars morborum significator, calidas & siccas infirmitates corporis adfert, quas etiam expertus est.

Iuppiter generalis significator Diuitiarum in 7. ex coniugio diuitias durabiles, per omne vitæ tempus largitur, præsertim cum sit fortis & fortunatus coniunctus Veneri in proprio signo.

Septima domus cum suis significatoribus bene constituta felicissimum

mum dat Coniugium, præsertim cum benefici Planetæ in 7. existentes sint felices & potentes, nobilem, diuitem & opulentam atq; benè moratam coniugem promittunt.

Itinerum significatores promittunt honorifica Itinera ob res Iouiales talesq; actiones, & ad personas, vel propter personas regias cõstitutas.

Mars in 5. dõ, cum Saturno in proprio signo, etsi in hoc loco hi solent negare filios: tamen cum Mars sit Dominus Natiuitatis Ascendentis, & 5. domus, in sua Triplicitate & Termino fortis, dedit filios, & datos nonnullos seruabit, eruntq; potentes. Nam Saturnus propter loci h. e. quintæ domus præstantiam nihil mali perpetrare poterit in domo Martis, circumdatus à Sole & Marte, quorum alter in Exaltatione alter in domo sua existit: genuit enim cum vxore sua septem filios, & quinq; filias.

Diuturnam autem fore vitam Henrici Ranzouii, ostendunt Iuppiter & Venus in septima, quæ felicem plerumq; designant senectutem. Atq; idem constat ex Ascendente & Luna, quæ est Hylech. Deinde ex Almuthen Genituræ scilicet Marte: & Lunæ signa sunt humida, & satis humidi radicalis suppeditant ipsi: Dominus vero Ascendentis & Almuthen scilicet, Mars, & per se feruens est, & feruidum signum, domicilium proprium occupat, vnde æquali mensura natiuum calorem humido radicali proportionatum præbet, ita vt neque humoris retundantia calorem subitò extinguat, neq; consumi ab ipso possit. Habet etiam omnes Planetas sub terra felices. Illi tamen Anno climacterico L V I. astra mortem minata sunt. Ascendentis enim Profectio eius Anni peruenit ad 8. domum & ad quadratum Solis. Saturni & Lunæ, quæ est Hylech, ad oppositionem Solis, Saturni & Martis. Deinde Directio Ascendentis contendit etiam ad quadratum Solis, quem tamen, vt à me, ac ipso prædictum fuerat, superauit, sed non sine graui morbo.

Et quamquam diu sit victurus, tamen quantum ex significatione Astrorum colligi potest, ominantur illa Ranzouium morte mirabili vel subitanea esse periturum. Nam Sol, Saturnus & Mars sunt in signo violento, & Cauda est in 8a. domo, cum Stella violenta Hercule. Quod vt DEVS auertat, eique concedat, vt omnibus animi sensibus integris spiritum, vnde accepit, reddat, & in vera ac pia nominis diuini inuocatione, ex hac vitæ colluuione ad æternam immortalitatem, feliciter emigret, ex animo precor. Hactenus Dasypodii iudicium.

Additio Dn. H. Ranzouii.

Hæc prædictio consecuta ferè fuisset euentum suum hoc Anno Christi 1592. quando septem latrones conducti quatuor vicibus vitæ meę insidias bombardis struxerunt: cum tamen nemo se ex professo hostem

mihi declarauerit. Sed DEVS facinerò sorum istorum machinationes mirabiliter patefactas, clementer auertit; ita vt iusto Dei iudicio maior istorum pars debito rotæ supplicio sit affecta.

Obiit A. Domini 1599. d. 1. Ianuar.

Iudicium, D. Thomæ Finckii, Medici Doctoris Hafniensis.

Est in hac Natiuitate vnum consideratione & attentione dignum. Natiuitas in Æquinoctium incidit: Sol in angulum. Hinc primo reuolutiones natiuitatis cum mundi reuolutionibus annuis, vt hactenus ita deinceps, semper conueniunt: Solq; penè semper in figura Reuolutionum annuarum angulos occupat: nec ipso tantùm, verum non rarò Mercurius, vnde consensus constitutionis generalis & specialis complexionem iuuat, vitam prorogat, vigorem præstat & efficaciam summam rebus gerendis addit.

Vide H. Ranzouii, Calendar. Rom. p. 366. Tract. Astrolog. p. 327. Catalog. Imperator. Regum, &c. qui Astrologiam amarunt, ornarunt, exercuerunt, &c. p. 452. Hypotyposin Arcium, Palatiorum, Monumentorum, &c. Ranzou. Petri Lindebergii, p. 228.

GENI-

CENTVRIA II.

GENITVRA II.

N. N.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

D. Ioan. Cratonis, à Crafftheim, Archiatri Cæsarei.

Sapienter monemur ab Epicteto, vnam quamlibet rem, habere suam causam, ea si apprehendatur & teneatur, commodissimè homines tenere & vsurpare posse. Id, vt in omnibus rebus in vita verum est, ita de Astrologicis Prædictionibus verissimum. Multi autem ac potius plurimi non amplectuntur, & comprehendunt, vera ansa, sed nescio curiositate quadam arripiunt. Proinde fit, vt non rectè iis vtantur Artifices, se etiam non continent intra præscriptas metas, dum pollicentur, ea q̃ à cœlo peti nõ possũt, vel neglectis primis Causis, ad remotas illas homines deducũt. Verũ de his longũ est scribere. Ad rẽ ipsam venio, & ea, q̃ in Natura causas habere vidẽtur, & ad vitã instituendã vtilia esse possunt, ꝓpono. Vsus autem

tem prædictionum circa 3. versatur: 1. vt valetudinem meliùs tueri liceat. 2. vt vitæ genus rectius eligamus, & naturæ quosdam vitiosos motus reprimamus. 3. vt quosdam tristes casus, de quibus cœlum nos admonet, euitemus, vel saltem vim & impetum eorum declinemus.

Ad corporis curam præcipuè cognitio Temperamenti requiritur. Habet autem temperamentum aliquas cœlestes causas conseruantes & alterantes. Hîc ex Figura cœlesti ostenditur, Temperamentum esse calidum & humidum, sunt enim omnes Planetæ in calidis & humidis signis constituti. Oppositio autem Martis & Lunæ, item quadratus Solis ad Ascendens, significant adustionẽ & acredinem humorum: ab iis igitur Tẽperamentum Naturale mutabitur. Quare opera danda erit, vt si morborum causas euitare voluerit, vt victus rationem, quæ aduſtos humores auget, vitet.

Virtus Naturalis benè se habet, & probè alteratur nutrimentum, & membra nutriuntur, sed propter humiditatem expulsiua est fortis, præsertim stimulantibus acribus humoribus. Vitalis virtus, propter debilem positum Solis, & quadr. ad Ascend. non est fortis, facilè enim resoluuntur Spiritus propter tenuitatem. Animalis, quã in cerebro ponimus, quo ad Imaginationem, benè se habet: nec ratiocinatio, præsertim cum Mercurius sit satis commodè positus, malè potest esse affecta. Memoria vtcunq; valet. Porrò, de harum operationibus, paulò post plura dicemus. Quia vero aliarum rerum consideratio superuacanea est, nisi vitæ spes sit, ideo metas, quas Natura præscribit, inuestigabimus, nec Creatori & Conseruatori in hoc, leges præscribemus.

Sequar autem rationalem doctrinam ex Direct. Ascendentis ad Stellas interfectrices, nec insistam viæ Arabum, de Hyleeh, & Alcochoden, quæ nihil rationis habent. Si igitur Ascendentis Gradus est verus, vt ego opinor, loca interficientia sunt 1. oppositus Solis, ad quem proueniet Ascendens, an. ætat. nati 49. currente. 2. est Caput Algol. ad quod perueniet Ascendens an. æt. 60. completo, currente. 61. Caput Algol, magnã libenter latitudinem, ideoq; nisi accedat mala Reuolutio, nihil operabitur. 3. est Oppositus Saturni, ad quem peruenit Ascendens A. 64. currente, sed secundum locum superat. Has igitur 3. metas ℞ Arte statuere possumus, reliquas Deo permittemus.

De Dominatoribus Natiuitatis, Ingenio & Moribus.

Præcipuas dignitates in locis Hylegialibus habet Saturnus. Is igitur est Dominus huius Genituræ, verum in dominio cum ipso participant Mars & Mercurius. Cum autem vita sit talis, qualis est Animus, sequitur vitam esse inquietam, solicitam, & labo-

rio-

riosam,ita enim est animus.Intelligẽtia in hoc homine est felix, deliberatio varia turbatur, quia Luna male posita est, prope 8m.in dõ Mercurii. Vnde dicunt Astrologi,qui Mercurium habuerit bene positum, Lunam male,bene intelliget,male deliberabit,vnde aliis bene consulet, male sibi.Cæterũ Ingenium satis felix est,& ad omnia,quib.applicat capax.verũ cum Mercurius sit in signo Tropico,primi motus erunt meliores,vbi diu deliberabit,minus faciet, hoc fit propter tenuitatem Spirituum Animalium,nam in hoc homine sanctus spiritus lucidi, & feruentes & ideo tenues,facile igr̃ consumuntur.Memoria localis erit bona, quia imaginatiua illa potentia est excellens.Hæc de parte Animæ rõli.Alteram in corde collocant veteres,& Irascibilem appellant, ea viget in hoc homine, sed non est diuturna. De moribus possem multa ex sententia Astrologorum recitare,verum cum existimem virũ hunc,mores suos,absq; meis monitis regere posse, non volo inanem laborem capere. Saturnus quidẽ & Mercurius principales gubernatores sunt Spirituum, vt appellant Astrologi: ideoq; hi mores gubernant,cum a.sese inuicem non aspiciant,quilibet ☿ se quædam tribuit. Saturnus,grauitatem & nonnunquam austeritatem quandam auget,tristiciam,solicitudinem rerum impendentiũ, suspiciones,& cum sit in Scorpione,falsas,& ideo morosum nõnunq̃ reddit. Cõtra,Mercurius in signo aëreo,& domo Veneris,grauitatem nimiam nonnunq̃ repellit,spem facit,curam abigit,& rerum q.omnium neglectum& contemptum tribuit. Tales affectiones fuerunt in hoc homine,prẽcipue A.24.ætat.cum Lunæ directio peruenit ad Mercurium. Sed A.26. currẽte,fuit in grauissima Melancholia,quẽ iterum vires sumsit A.33.ætat.cum Ascendens peruenit ad Celati Partem, vt appellant, singularem alicuius boni consequendi spem habuit.Regula est Astrologorũ: Pertinaces sunt & singularum opinionum,quorum Ascendenti Saturnus præest, præsertim cum sit cum stella fixa. Non a. solum hic dominatur in Ascendente, verum cum lucida frontis ♍,quæ est de nat.♄ & ♂,existit. Quare pertinaces & noxias opiniones nonnunq̃ concitat.Sed de potẽtia animæ,quẽ in corde est,satis.Tertiam potentiam in Epate collocant Philosophi.eãq; concupiscibilem appellant,huic Venus præest.Cum a.stella veneris inter Erraticas,in hac Genitura fortissima sit,plane non dubito,quin vires suas vehementer exerat. De oppositione a. Veneris & Iouis sic pronunciant Astrologi,quod efficiat aliquo modo pronos ad libidinem, sed fideles, neque nocendi cupidos, faciles ad præmia cumulatius danda, liberales. Sed de his dicere non attinet.

De vitæ Genere, & Actionibus.

Non neceſſe eſt multa de his recenſere, cum pleraq; nota ſint, Inclinationes aliquas conſiderabimus. Venus in cœli Medio, ſignificat hominem hunc maxime delectari in rebus, q̃ ad ornatum pertinẽt, item odoriferis, proinde talium tractationem illi commiſiſſet, Mercurius in dõ Veneris in 8. admodum inclinat ad Poeticam, proinde ſi operã dediſſet bonis artib. haud dubie factus fuiſſet, egregius & excellens Poeta, maxime a. in Amatoriis valuiſſet. Abſtinebit mea ſententia, à Mercatura, quia Mars eſt in aſpectu Lunæ. Muſica ab hoc homine magis expetitur, quam perdiſcitur, valebit tum in Inſtrumentis Muſicis, quæ manu tanguntur, & in iis cum quadam ſuauitate & gratia ludet: Quia Iuppiter eſt in Geminis agricultura illi mediocriter proderit ſed multas moleſtias exhibebit. Grata aliis faciet, & ſibi ac ſocietati cõmunia, quia Iuppiter eſt in domo ☿ii, & ☿m reſpicit. Proinde ſcriptionibus & ſimilibus operationibus Mercurialibus magis poterit prodeſſe ſibi & aliis, quam emptionibus, & mercium commutatione.

De Fortuna in Honoribus, Diuitiis, Amicitiis, Itineribus & aliis Accidentibus.

Qui ſapit ille animum fortunæ præparat omni: inquit Poëta. Sunt a. noſtræ Prædictiones nihil aliud, q̃ commonefactiones, q̃ iſtam animi præparationem iuuant. Honores non eſt quod ſpes, nec vt arbitror, optabis, depreſſio erit aliqua, ſed modica. Cæpit a. hoc malum initium, A. 15. completo, 16. currente.

Diuitias habebit relictas, non partas. Nam Mars cum ♂ parum augent rem. Pars a. celati, quæ in hac Genitura, ſecundum Arabos cenſetur, Pars Fortunæ, auertit grauia incommoda, & conſeruationem bonorum indicat. Oppoſitus Saturni in 4m. ſignificat immobilia, ei, per technas & aſtucias ſenum, vel maiorum in ſua familia, adempta. Verum, ipſe potiorem partem hæreditatis habebit, & q. Conſanguineis ſuis præerit, hæc non ſcribo, quod ſciam, verum manifeſtè ſignificatur hoc per Iouem, qui in æſtimata, (correcta n. hæc eſt) natiuitate, cum Cingulo Orionis 4. domum tenet, magno a. conatu, pauca lucrabitur, quia Iuppiter eſt Retrogradus. Tempus Diuitiarum eſt ipſum Senium. Magis particularia tẽpora augendæ rei non poſſum ſignificare, ſed tamen Anni maxime faciendæ rei invtiles ſunt. 25. 37. 49. quia tunc Profectio Aſcendentis deuoluitur ad ♂, etiam ſimul attingit Martem, ſed hæc ſignificatio poteſt etiam attingere Ann. ſequentes, videlicet 26. 38. 50. &c.

De Amicis huius nati incerta iudicia, quia & ipſi incerti ſunt. Habebit

ſatis

satis multos, verum sinceros & vtiles paucos, quia Iuppiter est Retrogr. & ex opposito aspicit xiim. Conuersabitur cum Potentibus hominibus, vnum & vulgare illud ei accidet: contemnunt spinam, cum cecidêre rosæ. Doctorum & Mercurialium Amicitia erit vtilis & iucunda, & propter eos, huius nati fama celebrabitur, quia Mercurius respicit ✶ aspectu 7m. & 11m. De Personis singularibus, nihil licet dicere, nisi duæ Genituræ inter se conferantur.

Inimici a. non multum erunt aperti, sed caueat sibi à senibus Saturninis, item Martialibus, aulicis, Mulieribus, rusticis. Saturnini maxime præualebunt aduersus te. Cum mulieribus Nobilibus satis ei conueniet, sed plebeias vitet. Cæterum ipse omnium hominum beneuolentiam studebit retinere singulari humanitate, & in eo nonnunquam erit nimius.

De Itineribus nihil attinet dicere, nam maxima iam sunt exacta, nec significatur in iis aliquid incommodi. Nam in peregrinis Regionibus cõtraxit vtiles, & fructuosas amicitias cum multis, sicut in patria multorum simulatum beneuolentiam tuetur. Versus occasum & Meridiẽ, maxima fuerunt Itinera, respectu suæ patriæ, ad septentrionem & ortum breuiora. Possem de Fortuna Locorum aliquid dicere, verum cum in Patria illum pene victurum spem, non arbitror hoc modo amplificanda esse iudicia. Cum a. in Ascendente Capricornum habeat, sub quo sita est Augusta, haud dubie in patria viuet, sed quia vltimi gradus Capricorni ascendunt, & maior pars Capricorni est in 12. domo, multa ingrata & molesta ei in patria accident. Commodior a. habitatio erit in locis sagittario subiectis, vt sunt quidem in Gallia & in Germania, ac secundum sententiam Werneri, Norimberga. Sed Norimbergæ, inprimis Venus erit potens, sese que exeret, cum illa reperiatur in ♃. Verum de his nihil amplius.

Quod ad Fortunam in coloribus, Metallis, animalibus & diebus attinet, pauca generalia proferemus. Inter colores fortunati censentur, cęruleus, viridis, purpureus, niger mediæ fortunæ, reliqui non satis fortunati, inprimis albus. Ex Metallis fortunata sunt, cuprum, æs & stannum. In animalibus significatur exigua fortuna. Verum cum Mars non adeo sit infortunatus, nullum insigne damnum ab equis significatur, modo Lunæ oppositus illi non noceat. Dies feliciores censentur, Veneris, Iouis, ac post hos Saturni, cum Seruis nulla significatur fortuna singularis, erant satis fidi, sed minus commodi. Hæc de ista parte.

De

De coniugio, Liberis & propinquis.

Multi sunt, qui has prædictiones propter hanc vnicam causam expetunt, vt de Coniugio certiores fiant, & nonnunquam Artifices temere & stolidè promittunt, de Tempore coniugii, forma coniugis, numero earum, item de nostro Liberorum. Etsi a. quædam in scriptis Astrologorum extent, tamen manifesta experientia istis repugnat, nos a. aliquam, quę ars monstrat, recensebimus. Primum quod debent cœlibem vitã agere, nonnulla sunt in hac genitura Indicia manifesta. De coniugio a. nihil aliud possumus dicere, quam sæpe eum tanquam in coniugio vixisse. Ac sub finem An. 17. cum Luna ad ✶ ♀is peruenit, forte talis viri fuit Ratio. Itẽ, A. 23. cum ☽ peruenit ad △♑s. Et tunc quidem potuisset contrahere matrimonium, nisi fuissent obstacula. Nunc quæ spes est? parua quidem, & exigua ex astrorum significatione. Verum cum voluptas magis gubernet actiones voluntarias, quam Astra, poterit aliquid contra Astrorum, aut præter cœli inclinationem facere. Sed quæritur, an id, sit futurum felix & fortunatum? Plane hoc statuo. Nam, ex coniugio nihil habiturum hunc natum mali, certo mihi persuadeo. Mediocres etiam diuitias ratione cõiugii eum habere posse indicio est Iuppiter, sed eas cum mora & difficultate. Quantum a. ex Astrologorum decretis liquet, Virgo, nati vxor futura est, sed satis annosa, quia Saturnus respicit ☽m. △. staturæ & formæ etiam mediocris. Reliqua non possunt indicari.

De Prole spes certa est. Numerum ignoro, sed si natiuitas hęc vera est, primo genium masculum affirmare ausim. Tempus filiorum ex Reuolutionibus Annuis petendum est. Quod v. in senio sit habiturus liberos, satis ostendit Iouis Retrogradatio.

De Parentibus huius nati, sunt manifestæ significationes, sed cum sint è vita sublati, non necesse est aliquid scribere.

De fratribus & sororibus, nulla sunt certa indicia.

Quæ v. de cognatis & propinquis, ex Astrologorum doctrina afferri possunt, ea volens, tanquam dubia omitto.

De Læsionibus, & Morbis. Item de fine vitæ.

Priusquam de Morbi iudicia recenseamus, morborum causæ interiores videndæ sunt: Posuimus a. vnã videlicet humorum adustionem, quã sequentur multæ affectiones, vt spiritus turbidi, humores in superficie cutis acriores, qui etiam nonnunquam pilorum radices corrumpent. Epar quoq; iusto calidius esse, necesse est, ac nisi temperatura ventriculi esset humida, procul dubio laborasset hypochondriacis doloribus; caput

in

infirmum esse, satis declarat res ipsa. Est autem temperamentum cerebri calidum & humidum in hoc corpore, non tam à nãli constitutione, quam propter epatis, subinde fumosos vapores à toto Venarum ambitu mittentis, in caput caliditatem. Sol, Luminare temporis oculum dextrũ lęsit. Principium huius læsionis est factum cum Ascendens peruenit ad ♍, videlicet An. 33. Anno a. in sequente videlicet 1534. directio Ascendentis peruenit ad ☌☽, tum ergo suffusio fuit completa. At si tunc siniſter oculus non fuit magis læsus, nunc non valde ei metuo. Cæpit a. & is non nihil lædi, A. ætat. 4. cum directio Lunæ peruenit ad oppositum Martis, & isto Anno mortua est mater; quemadmodũ, cum Sol puenit ad Saturnũ, id quod factum est, An. 15. æt. pater abiit, Maximas quoque habuit animi affectiones, cum Luna peruenit ad corpus Solis, videlicet An. 29. æt. compl. Ann. 13. currente, habuit graues dolores capitis, & q. febriculam, tunc peruenit Profectio Ascendentis ad ♍ & ad corpus ♂. An. 23. completo, Ascendens peruenit ad ♂, tunc n. ex insidiis, vehementer in capite vulneratus est. Præterea nihil video periculi ex Directionibus. Nam quod ad Directiones Solis & Lunæ ad □♂ is attinet, illud longius est futurum, quam vt se eo vita possit extendere. Ratione a. Reuolutionum posset aliquid incommodi valetudini accidere, A. 38. completo, vel currente 39. Item 43. 47. 51. 55. hæc v. in annuas Reuolutiones referenda sunt. De morbis a. generalibus, paucæ sunt significationes. Originem ducũt à catarrhis, & molestabunt ventriculum & pedes: Renes etiam erunt subcalidi, proinde haud dubio renum calculo laborabit. Febribus raro vel nũquam laborabit, sed ad extremum laborabit febre acuta cum profluuio alui. Periculosa tempora supra indicauimus. Mortis a. Tempus Astrologi se ignorare fatentur. Caueat etiam aquas & casum ab alto, annis periculosis.

Hæc potui nunc de cœlesti Figura, quæ fuit tempore Natiuitatis, referre. Ea vt grata habeat, & tanquam documentum studii & obseruantiæ meæ, accipiat, rogo.

HORARVM NATALIVM GENITVRA III.

Wolfgangus Heervvart.



De hoc homine nullum accidens fuit exploratum. Rectificaui igit, figuram æstimatam, per Dominatorem Oppositionis præcedentis Martem, secundum doctrinam Ptolomæi, & de eius gradibus constitui Medium Cœli, vt in præsenti figura videre est.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

D. Ioannis Cratonis à Krafftheim, Medici Cæsarei.

Vt in Ciuili vita turpe est, aliquid polliceri de se, ꝙ pstare nequeat, ita Optimarum Artium Cultoribus plane ignominiosum, si de artib. plura permittant, qm̃ ipsæ artes pstare possint. Hoc n. est, ex vero falsum facere, & diuina dona & pñdia vitæ infamare. verum quẽadmodũ ille in Comędia inquit: Se vera dicendo, ambos fallere velle. Sic ñunq̃ seq̃t, si veritatem in his artib. sequmur. Hæc possem magis pspicue dicere, sed ñ necesse est multa præ-

præfari. Illud vnum proferendum est, non inepte facere Cardanum & alios quosdam Mathematicos qui ignotis personis non scribunt iudicia. Verum ego homini amico morem gerere volui, & experiri, quantum ars sola præstare posset. Ideoq; rem ipsam aggrediamur.

Dominator in hac Genesi est Mercurius, participantes in dominio Venus & Iuppiter. Temperamentum est sanguineum, verum vt arbitror, caliditate & siccitate quadam humorum corruptum, ita vt magis cholericum sit dicendum. Virtus Naturalis bene est affecta. Sed Epar aliquomõ generabit aduſtiores humores, qui virtutem naturalem turbabunt. Nam Intemperans Natura significatur & sibi ipsi noxia. Vitalis optime se habet, sed feruentior quodammodo est iusto, quia Sol cum Oculo ☌ reperitur. Aïalis in suo est vigore, licet cerebri tempatura videat siccior, & ppea virtus aïalis minus perduret: hæc a. paulo post declarabimus. Nunc, vt iudiciorum ordini satis faciamus, inuestigabimus, quamdiu hõ, sub tali cõstitutione cœli natus durare possit, nec diuinę voluntati in his aliquid derogabimus. Quorsum n. attineret longa scribere iudicia, si nulla spes vitæ esset? Cum a. Luminaria non possint habere Hylegialem dignitatem, aut vix possint, accipio locum Ascendentis, loco Hylech. Is, si verus est, vitæ terminus erit Annus ætat. 58, currens, 57. ꝑpemodũ cõpletus. Nam tum Ascendens perueniet ad oppositum Martis. Sed, si hęc directio debet esse vera, necesse est, eum fuisse in vitæ ꝑiculo, circa A. æt. 9. cũ Ascendens peruenit ad cor ♏, & ad oppositum Solis. Ideoq; si tum temporis nihil sensit mali, & in tota vita fuit absq; morbis & ꝑiculis, ꝙ mihi non vr̃, necesse est, tempus Natiuitatis mihi exhibitum non esse verum, & consequenter debere alios gradus signi ascendere: verum, omissis his gñralibus, ad specialiora quædam perueniemus. Astrologi in Natiuitatibus ignotis, nituntur hominis figuram inuestigare, ex signo, Dominoq; Ascendentis; sæpe a. aberrant, cum multa sint, quæ corporis figuram mutent. Hic igr. natus, cũ Luna in)(existat, habebit oculos paruos, subnigros, ♏ dat faciem rotundam plerumq;, nec bene proportionatam, habebit capillos nigros, raros, propter Saturnum in Ascendente, & forte fiet caluus. Corporis statura erit mediocris, & signum in pedibus illius erit. Sed non volo, pluta de his colligere, ad magis necessaria perveniemus.

De Ingenio & Moribus.

Summa est huius nati suauitas, ingenium acre, quodque valeret vbique, si intenderet. Sed valde negligens videtur esse suarum rerum, vel certe intempestive curare, multa accumulare neglectu, & deinceps cum quodam tædio vix perficere. Iudicio admodum

valebit, eiusque Autoritas apud homines satis erit magna, sed illam neq; augere, neq; conseruare studebit. In beneuolentia & officiis nonnunquã erit minimus. Ad omnem vitæ conuersationem aptus, suauis, iucundus, gratus apud æquales, in sermone & conuersatione modestus, amores variorum gestuum, ludorum, cantilenarum. Affectus in hoc homine sunt valde temperati & lenes. Pronus quidem ad iram est, propter Martem in Cancro, sed ira minime durabilis. Cæterum amabit iustitiam, honestatẽ, prodesse pluribus conabitur, nemini se præferet, suspicionibus resistet. Aliquando inuitus offendet amicos, sed facile cum illis redibit in gratiã. Domini spirituum sunt Iuppiter & Venus, qui moribus singularem gratiam affundunt, & quicquid potest iucundum esse, in moribus tribuunt, solam libidinẽ deformat ☐9. Hæc de Ingenio & morib. satis esse iudico.

De Actionibus & vitæ Genere.

Ita mihi Canonici, aut Sacerdotis vitam, hæc Genitura referre videtur, vt nihil vnquam viderim similius. Nam Iuppiter in 9. sign. regio, religionis studium, & aliquam propterea dignitatem indicat. Cõiunctio Veneris & Mercurii ocii amantem reddit, item Musicum, commessatorem, & suauiter perfruentem voluptatibus. Saturnus in 1. significat nonnunquam vitam solitariam, & cum sit in domo Iouis, victũ significat. Ex redditibus annuis, item ex agris & piscinis, & Luna in domo Iouis, in 4. significat possessiones Ecclesiasticas. Venus in 6. cum Mercurio, vitam cœlibem. Amatorem mulierum maximum, verum qui nihil possit. vide obsecro, quid desiderari possit, quod non Canonico, vt nostra fere ætas, tribui potest. Proinde, nisi scirem, T. Ornatissime W. H. cuius gratia hæc scribo, parum cum Canonicis conuenire, affirmarem & deierarem esse hanc natiuitatem hominis Ecclesiastici: sed facile possunt ista mutari, non n. astra actionibus necessitatem inferunt. Mercurius Dominus 10. studium Philosophiæ & Oratoriæ indicat, præsertim cum sit in domo Veneris, & ab ea recipiatur in Tauro. Hæc a. receptio nãliter inclinat, ad Musicam, Poeticam, Eloquentiam & similia studia. Ac, si hic homo, studiis est adhibitus, haud dubie mediocriter profecit. In Mercatura ei significatur exigua fortuna, ac propemodum nulla, seriam operam nulli dabit, ac quiduis potius facere studebit, quoniã libertatẽ amittet. Verum tamen, in mediocri etiam fortuna & dignitate constitutus, q. aliorum voluntate, & iudicio regetur: quia Sol in occasu reperitur. Sed nunc de reliqua fortuna dicemus.

De Fortuna in Honoribus, Diuitiis, Amicitiis, Itineribus & reliquis Accidentibus.

Plus bonæ, quam aduersæ fortunæ hic natus habiturus est. Iuppiter

in

in 9. in signo regio, promittit ei aliquã dignitatem, & si operã dabit studio iuris, ad quod est inclinatus, non solum Doctoratus consequetur Insignia, sed summi viri vtentur eius opera. Erit enim Eloquens, & maxima negotia, naturali quadam felicitate & industria potiùs, quam doctrina, optimè & fortunatissime proficiet. Ac etsi summum locum obtinebit, tamen multis q. difficultatibus obnoxius erit, ratione officii sui. Si autem vitam Ecclesiasticam sequetur, haud dubiè in ea erit felix: omnium in quocunq; tandem vitæ sit genere, ad aliquos honores perueniet.

Diuitiæ nunquam ei deêrunt: sed rem magnam facere non poterit, quia ☿ est in 2. Intempestiua autem eius erit liberalitas & parsimonia. Erit autem aliquando attentus ad rem. Paulò pòst prodigo liberalis. Præcipuam partem suarum facultatum habebit ex reditibus: hæreditas etiam ex matre ei multùm proderit, habiturus præterea est prędia, piscinas, quia ☽ est in 4. & in illis satis magnam fortunam. In summa non deerunt illi diuitiæ ad vitam necessariæ, quia Iuppiter in hac genitura dominium habet, non enim vnquam ad paupertatem deuenire potest, in cuius natiuitate Iuppiter aliquo modo dominatur.

Quod ad amicitiam attinet, multos hic natus amicos habiturus est, iucundos & suaues sed parum vtiles, nec singulari dignitate præstabunt, cum Venus sit in 6. vita autem voluptaria illi amicos iunget. Etsi autem subitæ sit iræ, tamen amicis multa condonabit, multa in illorum gratiam faciet, non libenter quemquam offendet. Vitet autem ludos & iocos, præsertim cum amicis. Nam periculum est, ne quem contra suam opinionem lethaliter lædat, aut sibi ipsi ludo armorum malum accersat.

Inimicos apertos habebit pauciss imos, sed tamen quidam insidiosè amici erunt, nocebunt & obtrectent: horum iniuriis etsi grauiter mouebitur, redibit tamen cum illis in gratiam. Ac falletur isto modo à quodam, cui ille omnia sua arcana credet, idque ratione mulieris accidet, hęc res variè & multum illum perturbabit, aliquod etiam malum valetudinis afferet, vel saltem graues & melancholicas cogitationes.

In itineribus nihil significant mali, quàm ab aquis. Cæterùm profectiones illi erunt vtiles & honorificæ. Deueniet in amicitiam multorum, & rem suam augebit. Est enim Pars Fortunæ cum Ioue in 9. Proficiscetur autem vel studiorum gratiâ, vel tanquam legatus. Crebræ non erunt Profectiones, quia signa fixa sunt in 9. & 10. Ac longissima itinera erunt, versus Occidentis, ratione situs suæ patriæ, meridionalia loca etiam adibit. Augustæ satis feliciter viuet, quia Capricornus est in 2. sed propter ☿ rem non faciet. In Germania autem præcipuè illi conueniet Basilæa, Heidelberga, Erphordium, Vratislauia, & si quæ sunt præterea loca sita

ſub Virgine, ita loca ſub Leone, vt Vlma, Confluentia, Lincea, &c. In Italia feliciter viuet, Papiæ, Romæ, Rauennæ. In Galliis Lugduni, Pariſiis Lutetiorum, in his locis habebit maximam fortunam. In Germania infortunata eſt Berna, Lubecum, Magdeburgum, Genua &c. In Gallia S. Andreas. In Hiſpania habebit graues contentiones. Item Norimbergi, Louani, Moguntiæ, vitet etiam Londinum Angliæ.

Cum ſeruis & Animalibus, ſatis bonam habiturus eſt fortunam. In Metallicis quoq; erit felix, & maximè in fodinis argenti. Ex coloribus conuenientes illi ſunt, cæruleus, flauus, purpureus, niger eſt mediocris, item albus. Ex gemmis fortunæ erunt, Smaragdus, Saphirus, Amethiſtus, vitet Carmelum, & Adamantem: Iaculatoriam artem, præſertim cum bombardis non exerceat. Dies Martis præcipuè erit infortunatus, reliquis ſignificationibus non repugnantibus. Quando ☽ tranſit ♏, ♉, ♋ & ♓ non ordiatur res, quarum felicem cupit exitum. Anni fortunati erunt 23. 35. 46. Infelices 21. 33. 38. 50. 57. His autem tanquam monitis, non præceptis vtatur, nec diuinæ benignitati, quæ moderatur aſtra, diffidat.

De Coniugio, Liberis, Cognatis.

Si hic natus non viuit in coniugio, nullam de coniugio, vel liberis ſpem habeo, & cauſam exponam paulò pòſt.

De Parentibus nati ſunt quædam iudicia. Matrem melioris fortunæ fuiſſe conſtat, ſed ea obiit, non multo pòſt, hunc hominem natũ. Pater extinctus eſt, circa 11. ætat. annum. Habiturum ſorores & fratres, ſignificationes ſunt, ſed non ſatis fortunatos, quia Saturnus Dominus 3. eſt infauſtè poſitus. Cum propinquis habebit quaſdam lites, & cum præcipuis familiæ ſuæ, ratione tutelæ malè gubernatæ. Defraudatum enim eſſe bonâ parte hæreditatis paternæ oportet, quia Mars eſt in 8. Affinitates quoque non erunt illi vtiles, quia Sol eſt ſit infortunatus in 7. cum Aldebaram, imò graue periculum illi ab affine imminet. Sed hęc, quę extra natiuitatem ſunt, incerta & dubia eſſe putamus.

De Morbis, læſionibus & fine vitæ.

Primùm conſtitutionem membrorum præcipuorum conſiderabimus. Cor ☿ in Aſcendente, in æſtimata natiuitate, oppoſitus Solis in 1m. ſignificant conſtitutionem cerebri ſiccam. Senſus igitur omnes erunt maximè vigentes, niſi fortè Saturnus auditum grauaret. Cor erit temperatum, inde moderati & ſuaues affectus. Epar eſt ſubcalidum, propterea facilè patietur obſtructiones, febriculas leues, & ebullitio ſanguinis puſtulas excitabit. Renes, partes genitales & Veſica ſunt malè affecti: eſtq; hoc proprium Veneris & Mercurii, quod in 6. corruptionem partium genitalium ſignificant, aſpectus tamen Iouis videtur d in icare ſanationẽ,

cum

cum autem Venus sit in 6. magis obnoxius erit læsionibus, quam morbis. Et morbos, quos habebit, erunt vehementes, & cirò finientur, vt Pleüritis, peripneumonia, sed tamen ad diutinos morbos quoq; inclinatus est, vt ad colicam, calculum & stranguriam, hos sibi accerset Intemperantiâ, verum Iuppiter moderatur Intẽperantiam, nam etsi nonnunquam peccat amicorum causâ, tñ agnoscens malum se reprimit, sicut fit amoribus, vt Poëta monet, inquiens:

Ad mala, quisque animum referat sua, ponet amores,

Grauiter esse læsum non arbitror, sed vitet iocos, vt antea monui, & ludos armorum. Nauigationi se non committat, nam grauia & singularia pericula sunt submersionis. Et mirum videtur, si non est periclitatus in Aquis. Annī Infortunati & cauendi sunt, propter directiones, lu. A. 33. videlicet hoc ipso Anno, ascendens perueniet, ad ☌, & adferet dolores capitis, oculorum, rei familiaris aliquam iacturam, si natiuitas æstimata est recta, verùm si rectificata est certa, vt arbitror, hoc satius accidet. Annus letthalis est 57. licet & 48. aliquid sit metuendum. Astrologi de morte varias habẽt sententias. Multi ex tali constellatione pronunciant suffocationem in Aquis. Schonerus refert (p. 71. sui operis, de Natiuitat.) ♂m cum ☌ significare suspendium, verùm ego iudico periturum Peripneumonia. Hoc est minimè dubium, vt Aldebaran in occasu significat, rerum suarum, quæ in initio & progressu felices sunt, non satis speratũ exitum, hic quoque vitæ exitus inopinatus futurus est.

Hæc ex Astris, Deo autem omnipotenti, Astrorum Domino, tùm Natum, tùm nos ipsos commendemus.

GENI-

GENITVRA IV.

Gemellæ Prior, Beatrix L.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ambæ proculdubio Epilepsiâ peribunt, nec longæuæ sunt futuræ. Quando enim directione perueniet, Horoscopus ad □♂, Domini 8. forsan hęc puella morietur. □♂&☿.☽☿.□ Martis & Lunę ex signis ♍. ♄&☽(. Epilepticas efficient. Eadem auget ☉&♈ in ♈ & domo prima, quæ domus & signum capiti subsunt, Horoscopus & septima sunt obsessæ à ☿ in exilio, Lunâ & Marte existente cum corde Scorpii, &c.

GENITVRA V.

Posterior Gemellorum. Anna Catharina L.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc morietur prior, quod Luna Martis & ☿ loco sit propior, & ♂ in 8. vitæ etiam breuitatem his natis acceleret, quod ambo luminaria ab vtroq; lædantur malefico, &c. Gemellas significauit ascendens in signo duplici fœminino, Luna item in signo fœminino.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA VI.

I.M.E. Melancholici.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mercurius Dom. 1. cum Hercule, iunctus Marti Domino 8. in casu constituto, in signo tropico, & ad ☌ ♄ Retrogr. festinanti, ☽ tendens ad oppositum Solis, luminaris conditionarii, ex 4. & 10. cœli angulis & signis duplicibus, Saturnus affligens Iouem Retrogr. Dom. 6. & Venerem oppositos quadrato, præter oculorum hebetudinem, ob Solem in via lactea, & ♂ cum præsepe, Melancholicum etiam morbum vel Epilepsiam portendunt. Melancholia autem laborabat vehementi, Ann. 1604. circa medium Iulii, circa 5. mens. Medio cœli tum directione perueniente ad corpus ☿ii, Domin. primæ. Prospiciat diligenter, ne violentâ pereat morte, propter ☿ & ♂ Dom. 1. & 8. iunctos, cum stellis Cancri, Lunam cum corde Scorpii, Solem cum dextr. hum. Orion. Iouem cum Lucid. Lanc. Austr.

GENI-

GENITVRA VII.

M. A. Melancholicæ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Venus Domina Horoscopi combusta, iuncta Soli, constituto in casu in 6. afflicta à Saturno Retrogr. itidem in casu, Domino 10. in ♈ ex 12. & 6. locis abiectis, & quidem signis tropicis, Mercurius Dominus 6. læsus à □♂ partili (♂ existente in 4.) in domo ♂. ☌♌ Retrogr. dom. 8. & ☌ ascendentis, non respiciens Lunam, neq; Luna Horoscopum vllo aspectu, Natæ huius caput malignis & venenatis (vt quidam putat) humoribus replerunt, mentemq; turbarunt, adeoq; Melancholiam induxerunt. Laborabat enim Melancholia Ann. 1604. M. Ianuar. & Febr.

GENITVRA VIII.

A. H.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Venus 8.&1.Domina cum☊læsa à♄Retrogr.&in detrimento cum♍. radio opposito,ex angulis & signis tropicis,Luna in casu,iuncta☌partiliter,non aspiciens Horoscopum neq; Mercurium in 2. Melancholiã huic nato significarunt,qua etiam laborat A.1601.22.Maii, M. C. tũ perueniente ad cor♌.& Horoscopo ad☌☽☌fere partilem.Coniunctio Lunæ& Martis in 2.&☌octauæ cum capite Algol,Saturnus in M.C,cum Hercule &♍.& Venus Domina 1. & 8. in 4. oppositа Saturno, indicant, natum hunc perMelancholiã casum ab alto & p̃cipitium passurum pericula etiã in aquis,& forte mors portenduntur, quod☽&☌sint in signo aqueo,♄ etiam cum♍☊Dom.1.& 8.cum☊itidem sit in signo aqueo, & ita violẽtæmortis causa futurus.

GE-

GENITVRA IX.

Frider. Sch.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Mercurius in casu & detrimento, non aspiciens Lunam neq; Hôroscopum vllo aspectu, iunctus Soli, □ Saturni, cum ☊ & corde Scorpii, ex signis duplicibus enormiter læsus, ♂ Dom. 7. iunctus Veneri Retrogr. Dominæ 1. & 8. partiliter in cuspide sextæ, Luna affligens Iouem Domin. 6. □ platico, Epilepticos facere solent, qua etiam mortuus est, per 12. dies ea decumbens grauiter. An. eodem D. 5. Mart. h. 12. noctu obiit, quo tempore Saturnus transiens locum □ Solis exacte factus est Retrogradus.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA X.

Filia Ioan. Vlr. Alb.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Eiusdem fere constellationis & positus cœli est, cum priore. 6. Habuit hæc, propter compressionem & diductionem cranii ab obstetrice sinistre factam, vlcus valde malignum in capite, pone aurem sinistram, deinde in ceruice, ita vt cerebrum cranio non fuerat clausum, ob □♄☉ cũ ☊& stella violenta partilem, coniunctionem Martis, Veneris, 6. 7. 1. & 8. Dominos, itidem partilem, quare Epilepsia correptus interiit, Ann. eodem, circa 23. Martii, quo tempore Saturnus retrogrediendo locum radicis præcise attigerat, & Venus Domina Horoscopi, & 8. directa, locum☉ Rad. exacte transierat.

GENI-

GENITVRA XI.

I.Seb.R.A.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic in militiam abiit An.1590.in agro Lucelburgensi, Centurione eius à rusticis interfecto, in fugam coniectus, omnib.exutus vestibus, & nudatus, decidit de monte in spineta, grauiter lędens corpus. Ambo luminaria in ♍ ex angulis & signis violentis, læsa à □ ♄ itidem in signo violento, dom. 10. Ascend. & octaua similiter in signis violentis, etiamsi hunc casum superarit, mortem tamen violentam ex casu ab alto vel globo bombardico, ob Iouem Dominum 8.in □ ♂ cum dextr.hum. Orion.infestant. signum 8.igneum, ex signo humano, vix effugiet.

GENITVRA XII.

Iac. Z. Pictoris excellentis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Casibus hic natus obnoxius est, ob maleficorum positum in Medio cœli, altero cum Sole coniuncto, altero in ☌ Lunæ, hinc iam ter cecidit, quo diuersis temporibus & dextram & sinistram palpebram læsit, nec oculi admodum sunt acuti visus. Mars significator Medii cœli, iunctus Soli & Mercurio in domo Iouis, & ipse in M. C. admodum celebres, ob artificium & perpetuam famam post mortem largitur, quod Mercurius & Sol fuit in 9. domo, etiam extra patriam, ☌ in 11. hinc etiã acquiret multos amicos, eosque Mercuriales, ob ♊ signum Mercurii, & cum Wirtembergia sit sub ♊. eandem ob causam etiam in hoc Ducatu plures habet amicos, Principesque etiam semper præ aliis habuit gratiosos & cle-

clementes. Luna quidem in 4. Orientali in iuuentute coniugium, sed ob Saturnum Dominum 7. coniunctum Veneri, viduam designauit, cum qua tamen (cum vnicum tantum coniugium vnicus Planeta inter Medium cœli & Venerem designet) nullos habebit liberos: Venus enim in detrimento iuncta Saturno in M. cœli & ♈ signo sterili, non procul à ☌♂. Luna oppugnante per ☍ radium corpus Veneris ex Imo cœli, effæminatum ac sterilitatem ob caloris defectum, hinc etiam factum, quod Saturnus frigiditate suâ in ♈. cui facies est subiecta, faciem barbâ priuârit; imberbem q; reddiderit in ascendente etiam sit signum caluum, per Iouem Domin. 6. cum ♍ in ♐. qui sub se coxas, Marte ex ☌. qui sub se talos habent, & pedibus dominantur, & sextam □° aspiciente, affectus & morbi in pedibus Erisipelatodes vel podagrici portenduntur. Plurima etiam itinera in 9. ob artificium. ☿ in ♌. signo sterili liberos proprios negat, licet Iouem habeat adiunctum, quin potius liberos quorum vitricus est, designat, &c. Mortuus est. Tempus mortis significauit Horoscopi Directio ad Exhalma ex ☽ in ☌. ♍ & Term. ♄. Item M. C. ad Pleiades. Obiit in oppido nouo Wirtembergico FRIDERICOPOLI, ex multis frigidis & Viscosis humoribus causato morbo. A. 1607.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA XIII.

Exemplum memorabile.

Andreas Rüttellius.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

D. Frid. Rüttellii, V. I. Candid. & Mathematici.

Andreas Rüttellius, Laurentii tùm temporis Austriæ Archiducissæ, Mechtildis, olim Eberhardi Barbati, Ducis Würtembergensis matris, Cancellarii F. Frider. Rüttel. proauus, Cæsar. Maiestat. Maximil. I. Consiliarius & Quæstor ærarius superioris & inferioris Prouinciæ Hohembergicæ, difficillimo editus partu postquã mater vltra 23. annos sterilis in coniugio vixisset, tandem prægnans facta, ægre & cum vi-

tæ

tæ vtriusq; fere periculo enixa est, ob □♀ad ☽ & ♃.& □♄♂.propter coniunctionem ☉.☿.&♀in Virgine, signo Mercuriali aspicientes M.C.△.felici radio, doctrinam & singulare ingenium tribuit eam ob rem, anno ætat. 19. Friburgi Brisgoiæ primam Lauream adeptus, ab omnibus charus habitus & honoratus est. An.1494.M.Octob.ætat.21.ex directione Horoscopi ad coniunctionem Solis nuptias celebrauit. Cum Anna Rünglеria, Patritia, ex qua vniusque sexus liberos suscepit, ob Iouem Dominum quintæ coniunctum Lunæ in quinta (licet signo sterili) liberorum domo An.1497.à Rotenburgensibus ad Nicrum in Protonotarium ascitus, tãdem A.1503.in festo Thomæ resignauit, deditурus se quieti, Stutgardię in Senatorium ordinem receptus, statim An.1504. Consul factus, inde eodem Anno ab Vlrico, Duce Würtembergico, in expeditione belli Bauarici, post occupatam Maulbronnam & alia vicina loca, primus Præfectus & Officialis Weinspergæ constituitur, hinc An.1508.recedens, Stutgardię iterum Consul factus, & à Consulatu, vt prius, à Principe auocatur, & Præfecturæ Vracensi & in Regiis Vlrici Ducis Würtembergici Nuptiis supremus vini Inspector officialibus reliquis præficitur, dein à Norimbergensibus expetitus, eo profectus An.1511.eorumq; Quæstor ad aliquot annos futurus. Sed A.1513.D.30.Decemb.Cæsare Maximil.I.ipso à Noribergensibus impetrato, Consiliarius prædicti Cæsaris factus, ex direct.Horoscopi ad ☌♄.& profectione M.C.ad ☌♄.Inde An.seq.1514.24.Decembr.demandatur ei à Cæsar.Maiest. etiam officium Quæstoratus Hohembergicę ditionis, nouisq; insigniis Baronum quondam Greifensteinensium extinctorum rursus nobilitatur, ex direct.Horoscopi ad term.Iouis, tandem cum gradatim ad altiora ascenderet, & in maxima consisteret gratia apud Imperatorem, eiq; indies mandata exsequenda à Cæsar.Maiestate mitterentur, dumq; illis satisfaciebat, in odium quorundam Comitum & Nobilium, qui his mandatis subiecti erant, incurrit, ita vt forte fortuna Cæsareis in negotiis Reitlingâ Rotenburgum equitaret, vnico tantum ipsius famulo præequitante, non admonitus, nec tale quid metuens, in itinere, à Comite quodam irato & loricato, famulis multis stipato insidiosè adoritur, & balista venenato telo ad ilia, quatuor tantum digitis supra vmbilicum ad sinistram traiicitur, Comes ad syluas cursu quo potuit citissimo cum suis aufugit. Læsus ab equo pedetentim declinat, & telum propriâ manu extrahit. Deducitur, equo rursus insidens, Hirsouiam, ibi, sequenti die, cum prius Cæsari Comitis latrocinium per literas certificasset, pie obiit, & Rotenburgum funus ductum, honorifice in Choro Ehingæ, ad Nicrum, in æde Carmelitarum sepelitur prope altare. Latrocinium hoc commissum An.1517.d.27.Mart.obiit d.28. ex directione M.C.ad □☿. dispositoris Domini ascendentis.

Ex hoc themate confirmatur etiam aphor. Astrologicus, quod stellæ fixæ in cardinibus cœli, vt caput Medusæ, & Pleiades in M. cœli cum oculo ♉. & cor ♌ in ascendente, insignes & repentinos honores, sed cum discrimine magno, & exitu infelici. Item Stadii Aph. Quod Saturnus cum Hercule violentum exitum telo, Mars Dom. 8. in 3. & ♍ in 9. in itinere violentiam grassatorum, in ♎ læsionem prope vmbilicum & inferiorem ventrem, Idem Mars cum sit in Libra, signo aëreo & Venenato Saturni □ infestatus, & Sol cum Venenata & violenta Stella Lucida Hydræ telum Venenatum, designent. Item Cardani in 100. genit. Quod ☽ cum stellis iuxta ♐ Sagittarii dignitates Regias det, sed tales quicunq; sic habeant, iaculo morituros; eædem stellæ cum ☽ etiam huic nato, casum ab equo nigro designarunt.

GENI-

GENITVRA XIV.

Veida M. fulmine icta.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Friderici Rüttellii Mathematici.

Exhibitum cœlitus fulmine tactæ & suffocatæ puellæ, Thema ex ipso accidente mortis, directione nimirum M. C. ad corpus Martis verificandum duxi, prouenit inde tempus H. 0. 53′. 34″. 40‴. paulo serius, quam æstimatum tempus. In cœlesti themate constituitur Andromeda in M. C. item media stella 3. lucidarum, de nat. ♄ & ☿ parum, Mars est cum 1. stella ♈. Venus est cum capite Algol, stella violentissima, de nat. ♄ ♀ Saturnus est cum Aldebaran, de natura ♂ & parum ☿. Horoscopus est cum Asino Australino, de nat. ♂ & ☉ cumq; eo ascendit Canis minor, de nat. ☿ & ♂

parum. Adſpectus adſunt admodum ominoſi, ☌♂☿. ☍♄☿. □♄☽. ☍☽ ☉. ambo luminaria peregrina, duo tantum Planetę in propriis domiciliis non admodum fauſtam geneſin efficiunt. Hinc matrem etiam natę tempore partus, vt & filiam valde de vita periclitatam, ſæpius etiam periculis, caſibus, forſan etiam (quod Mercurius iunctus Martí Lunam non aſpiciat) Epilepſiæ morbo obnoxiam fuiſſe arbitror.

Martem quod attinet, inſpicienda primum ſunt luminaria, quæ certe male conſtituta ſunt, & Luna quidem peregrina in □♄ & ☍☉ damnata, in fortunis in 1. vel 7. (vt hic ☌♀ de nat. vtriuſq; malefici, ♄ & ♂) exiſtentibus, violentæ & repentinæ mortis dant indicia. Eadem oſtendit Saturnus Dominus 8. cum ſtella fixa violenta, oculo nimirum ♉ poſitus, Lunam fere partiliter, Solem autem platice tantum □ ſuis inficiens. Non minus & hinc eadem colliguntur à Sole, Domino aſcendentis à Saturno infeſtato, Ioue luminaris conditionarii diſpoſitore, in ſigno violento & angulo 4. domus, ab ☍☿ & ♂ afflicto. Ex præmiſſis concludendum, natam hanc violenta morte morituram, aſtra prænunciaſſe.

Quo autem mortis genere? Saturnus Dom. 8. infeſtans luminaria per ſe dat mortem ex ſuffocatione, ſubmerſione, veneno, ſpirituum præcluſione, & caſu ab alto, ſignum Saturni, & 8. aereum, ſignificat mortem ex caſu ab alto, vel aere. Si diſpoſitores luminarium ſpectes, Iuppiter eſt in ſigno aereo, Retrograd. in ☍♂ & ☿. Luna eſt in Virgine, in □♄. Domini mortis, exiſtentis in ♊. Ita vt Mercurius huius conſtitutionis Dominus ſit, qui infeliciter in M. C. poſitus, potentiſſime inclinet ad omne & varium mortis genus; hinc cum Marte poſitus in Ariete ſigno igneo, Martis naturam induit, deque ſua natura mortem ex ferro, globo bombardico, & fulmine, vt in præſenti geneſi, inducere ſolet.

Reuolutio admodum infelix eſt. Saturnus Dominus mortis, eſt Dominus 8. in vtroq;, & Radicis & Reuolut. ſchemate, (Luna eſt in ☍♄. in loco ♄ & □ proprio Radicis) ſeque cordi Scorpii, violentiſſ. ſyderi, Retrogr. in □♀ aſſociat. Mars & Mercurius in priſtino loco, ad efficiendum ea, quæ in Radice promiſerant, coniunguntur, Domina aſcendentis non aſpicit aſcendens, ſed ſumme laborat, in abiecto cœli loco, □☉. ♀. ☍♄. platicis. Fulmine tacta periit, Ann. 1603. Die ☉ 22. Maii, circa 4. poſt m. Tubingæ.

GENITVRA XV.

Franc. Visenh.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic, cum portas ædium suarum claudere voluisset, fulminis fumo suffocatus est, A. 1580. d. 29. Septemb. intra 3. & 4. p.m. Horoscopo tùm ad ♍ de nat. ♄ & ♂, tendente. Qualitatem mortis portendit, Mars in Leone, in 8. signo igneo, in quadrato Veneris, dominæ 6. quadratus Solis & Lunæ ex Angulis, sign. aëreo & terreo, &c.

GENITVRA XVI.

Ioan-Haarigel.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Fulminis ictu interiit, An. 1604. d. 31. Iulii, matut. 7. Qualitatem mortis indicat, Mars Dominus cum corde Scorpii, violento sydere, & signo igneo, in opposito Saturni, in 8. itidem cum viol. signo constituto, ambo in quadr. locis Luminarium, Solis & Lunæ, &c.

GENITVRA XVII.

Ioan-Wendelinus Mitschelin, Sartor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

IOVEM, in 8. cœli domicilio, non liberare à violenta morte, si sit Retrogradus, etiam in propria domo, accedentibus præsertim malis maleficorum aspectibus, Luminaribusq;, in signis, vel cum Stellis violentis constitutis, præter alia Exempla plura quæ habeo, etiam præsens testatur.

Luna, in M. Cœli, & Exaltatione, cum violentissimo sydere, Capitis Algol, in quadr. Solis Mercurii, & Capitis Draconis, Mars in XIa. particeps dominus 8æ. in quadrat Saturni, ex Cancro & libra, signis violentis, violentam mortem portendunt. Hûc congruit Aphorism. 1. Astrologicus, de Morte violenta: Ambo Luminaria in signis vel cum stellis violentis, diuersis, non contiguis, violentam mortem portendunt. Globo bombardico traiectus, interiit.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XVIII.
Conradus im Land, Aurifaber Noricus



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ambo luminaria læsa à maleficis, & in signis violentis, violentam mortem denotare, quis est, qui nesciat? Sol constitutus in casu, partiliter fere læditur à □♄. Luna in detrimento tendente, tum ad ♂♄. tum ad □☉. Quid ☊ cum capite Algol in 8. Quid ♂. ☿. & ♀ cum lucida Lancis? quid Venus Domina 1. & 8. cum corde Scorpii? cui ascendit ♈ vel ♎ (cæteris paribus) scribit Ptolomæus, erit causa suæ mortis; Venus Domina 1. & 8. scribit idem, mortem denotat voluntariam. Hic enim vectus fuerat animi causa cum sodalibus in oppidum Furt, in reditu autem, commoto quodam ex sodalibus à crocitante coruo, qui tunc crebro circa currum volitando fuerat molestus, (infortunium fortè propinquum præsagiens) natus hic bombardam, traiiciendi corui causa arripiens, quam cum exoneraturus, iactu denegato ad latus suum posuisset, hæc paulo post concepto igne, globum in latus ei coniecit, vnde lethaliter ictus statim expirauit, A. 1549. 26. Iun. æt. 30. habente. Ex direct. Horoscopi ad ☌♄, in signo Lon-

Longarum Ascensionum, qui aspectus □ æquivalet vel etiam M. C. ad □ ☿. Dominæ 8. existentis in signo igneo, cum stella fixa violenta corde &c. In reuolutione affligit ♄ us ♂ □ ☉, ♃ & ☉ opponuntur. Mars cum oculo ♉. stella violenta, in □ ☽ platico, versatur.

GENITVRA XIX.

Iacobus N. globo bombardico traiectus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic in venatione à venatore incauto globo tormentario traiectus (putabat enim venator prope dumetum latitare vulpem vel leporem) statim expirauit. Mars cum Regulo in 1. natur. ♂ ♃. signo igneo, ♍ cum capite Algol ac Pleiadibus in M. C. ♄ existente in 8. maior pars Planetarũ in feralib. signis, & Iuppiter Dom. 8. in 9. in ♌ Dianę, in signo violento, Sol Dom. 1. cum corde Scorpii, in signo igneo, ex igne vel iaculo mortem in venatione portendunt. Annus mortis est 92. 6. Martii Horoscopo per direct. tendente ad corpus ♂ in 1. quo loco positus, generaliter vulnera capiti infligit. In reuolut. constituitur Luna cum capite Algol & affligitur □ ♂. & ☍ ☿. Venus opponitur ♄ Retrogr. platicę, &c.

GENITVRA XX.

Laur. Rentz.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

An. 1584. 12. Decemb. agricolæ peregrino noctu viam monstranti, globo tormentario periit. Saturnus Retrogr. in detrim. cum Hercule in □ ☽. ambo lumin. in sign. viol. A. 22. compl. peruenit directio Horoscopi ad ☌ Martis, Dominum 8. & ascendentis, quo mors portendebatur, eaque violenta, de natura ♂.

GENI-

GENITVRA XXI.

Ioan. Otto Ortolphus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Sol luminare conditionarium, Dominus ☽ læsus partilissima fere ☌ Martis in signo igneo, cum corde Scorpii, sydere violentissimo, & in □ ♄. Domini 1. in 8. existen. Chele Austral. in M. C. cauda cum capite Algol, in angulo 4. domus, violentam mortem, eamq; ex igne denotarunt. In oppugnatione enim Gran in Pannonia globo traiectus interiit.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA XXII.

Hieron. Resch. Norimb.



IVDICVM ASTROLOGICVM.

Sclopetorum ictu in facie vehementer percussus in obsessione Maltæ per Turcas, obiit Mars in 1. cum corde ♏ in signo igneo, vulnera capitis portendit. Saturnus iunctus Soli cum ☿ in M.C. & signo aereo, interficit suffocatione, casu ab alto, interceptione spiritus, interuentu fumi pulueris bombardici. Annus mortis est 65. 25. Iul. h. 10. p.m. Medio cœli tum per direct. ad corpus Saturni festinante.

GENI-

CENTVRIA II.

GENITVRA XXIII.

Fr. B. Αὐλόχειρ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Alterum luminare Luna in signo violento, & ratione exaltationis dominium in cuspide 8. sibi vendicans, alterum Sol in signo, violentam stellam habente, cum Hercule stella fixa violenta, altera maleficarum Mars, Domin. Horoscopi ♈. Venerem Dominam octauæ, opposito infestans, in angulo Imi cœli, & domo Saturni, & reliquos angulos maligne aspiciens; Saturnus item in abiecto cœli loco, & cum dextro humer. Orionis, violentam mortem designarunt. Cum autem Saturnus & Mars nec luminaria, nec se inuicem, neque etiam Mercurium malignis aspectibus maligne aspiciant, non ex Melancholia, (nisi tot virium Lunæ in ♈ & 6. domo, in □ ☉ & ☿ attribuere velis, quæ caput & cerebrum morbosum reddiderit) sed mera desperatione & mala conscientia, ob forsan male patrata cum mulieribus formidine pœnæ commeritæ facinora,

mortem

mortem sibi ipsi conscivisse arbitror. Iuppiter enim in ♉ & 7. raptores plerumq; mulierum & virginum, præsertim nobiliorum, & adulteros, oppositus Martis ad Venerem fornicatores manifestos, Venus insuper per se in ♌. ardentissimos amores, propter quos ingentia mala & mortem ipsam patiuntur voluntarie, quod Leo cordi præsideat, significare solent, auget hunc ardorem ☽ cum ♀ & corde ♌ in 10. per philtra, & Iuppiter cum Pleiadibus in 7. in quadrato Martis & Veneris existentis cum ♄ (quod cum bonis bonum, cum malis malum) inde euenire potuit, vt aut ob impatientiam nimii amoris non potiti, aut raptus, adulterii, vel huiusmodi facinorum conscientiam desperarit, sibiq; violentas manus intulerit, ob Saturnum in ♊. signo humano, mors ab homine, & quod brachia sub ♊. propriis brachiis & manibus. Venus Domina 8. cum ☽ in ♌ signo igneo, in opposito Martis ex causa ignita & re Martiali, vt sunt sclopi bombardici, & ferrum, cum quo se paulo ante (circa 20. Ianuar. An. 1591.) pene iugularat, Iuppiter in 7. signo fœminino, in quadrato Veneris Dominæ 8. & ♂ Domin. Horoscopi, fœminarum causa, vt supra, mortem significant, de quo minime dubito. Ann. 91. circa 21. Mens. Februar. seipsum globo bombardico in infer. ventr. traiiciens, statim mortuus est. In reuolutione ambo luminaria enormiter læduntur, Sol quidem ☌ ♂ cum Hercule, Luna vero oppositi ♄ cum dextro hum. Orion. iterum in 8. ♄ proprio Rad. &c.



GENITVRA XXIV.

Henricus III. Valesius, Rex Galliæ & Poloniæ,



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dom. Frider. Rûttellii Mathem.

Anno 1573. d. 16. Iunii à legatis Polonicis Rex Poloniæ eligebatur. An. 74. 21. Februar. in Regem Poloniæ coronatus est, tunc cordis ☌ ascensio Obl. 130. gr. 3. min. ob ætatem subtractis 22. grad. 25. min. 30. sec. manebit ascensio obliqua vera Horoscopi 107. 37. 30. ascendit in Ecliptica 7. grad. 28. min. ☌. ascens. recta M. C. 17. gr. 37. min. 30. sec. dat 19. gr. 6. min. ♈ producunt horã 12. min. 53. sec. 40. post m. d. 18. Septembr. An. 75. d. 15. Febr. coronatur Remis Rex Galliæ. Ann. eodem d. 3. Martii duxit Claudiam Ludoicam, Nicolai Comitis Vademontii Lotharingici filiam. Ann. 88. d. 23. Decembr. stylo nouo, ob conspirationem contra se molitam, Heinri-

cum Ducem Guisiæ pugionibus confodi; d. 24. Ludouicum Heinrici fratrem Cardinalem, Francisci Primi Ducis Guisiæ F.) strangulari, eorumque cadauera igne cremari, cineres in aerem Ligerimque dispergi iussit. Huic regi plurimas diuitias largiti sunt, Caput Draconis, cum lucida Hydræ in 2. domo, & ♁ in domo ♐. Mars Dominus 10. & Venus Domina 10. signi intercepti in quarta, dant hereditates rerum immobilium, & Regnorum. Honores & dignitates præstantissimos, maior pars Planetarum in propriis dignitatibus, vt ♄ in domo propria & angulo septimæ, Iuppiter licet in 12 tamen in exaltatione, Mercurius in triplicitate & termino proprio, Luna lumen temporis in exaltatione & M.C. cum capite Algol & Pleiadibus decreuerunt. Hæc magis confirmant stellæ fixæ Regiæ in Cardinibus, Pleiades in 10. Spica ♍ in cuspide 4. vltima ♒ in occidente, Canis maior & minor circumdantes Horoscopi gradum, ex quib. etiam Franciscus Iunctinus vltra Polonicum, & aliud ante obitum occupaturum Regnum, duobus antequam euenerat annis, prædixit.

Hæ quidem stellæ fixæ per se immensas dignitates & Regios honores pronunciant, sed si à beneficis non sustentantur, vt in præsenti genesi, etiam grauissimas calamitates & infortunia portendunt, qualia etiam huic Regi acciderunt, ita vt profugus ex Polonia Martis Regno exutus sit, ob positum in ☌ M.C. & ☿ in 4. in ☌ ☽. Mars quidē excitauit homines Martiales Regnum affectantes, vtpote Guisios, in domo Veneris, & ipsa ☿ e in domo ♂is. & ☌ ☽ in domo parentum, mater ipsius, Lunares vtpote communem populum, ad extollendos Guisios, & extirpandum Regno filium proprium incitauit. Iuppiter in 12. proiiciens □ ad 10. suscitauit in eum odium Parlamenti, Ecclesiasticorum & Cardinalium, Borbonii & Lotharingi, qui etiam Regnum affectarunt, ita vt Rex coactus, ob Martis positum in 4. ad effusionem sanguinis aduersariorum, in maximum omnium despectum peruenerit, insignibus ipsius luto conspersis; Tragicum etiam exitum plerumque portendunt prædictæ stellæ fixæ, accedentibus præsertim Regulis, de violenta morte, vti hic, Sol Dominus 1. iunctus ♂i in ♎ signo violento, Luna lumen temporis cum capite Algol, stella violentissima à ♄ Domino 8. in sign. viol. angulum septimæ tenente, □ læsus, & ☿ dispositrix ☽ quoque in sign. viol. ☌ ☽ & □ ♄i, violentam mortem manifeste significarunt. Genus mortis dat ♍ in 8. & Saturnus Dominus octauæ, Lunam cum Pleiadibus ☐o feriens, periculum ex Veneno, vnde etiā ex Direct. M.C. ad □ ♄i An. 1576. d. 13. Ianuar. venenum vino permixtum biberat, quod tamen tum Opera Medicorum euasit, Gradum Directionis tunc transibat ☍ mortem ♄inam existens in occidente per venenum: at ♂ in ♎ infestans Solem, dat vulnera ex ferro vel igne, in loco co-

cooperto, ♎ enim sub se habet ventrem inferiorem (plerumque enim ♂ in aereo signo vulnera decernit) vnde autem & per quos, ostendunt Planetæ Horoscopo & M.C. aduersantes. Venus Domina 4. in 4. in quadrato Saturni, Domini 8. & oppositione Lunæ instinctu Reginæ matris, quæ Martiales (vt Venus Martem) Guisios suscepit eisque fauit, ob quorum etiam interfectionem Guisianorum factio, ope & opera populi communis, & status Ecclesiastici mortem iurarat, cumque ob ♄um, ♂ & ☉ in signis humanis mors per hominem decreta sit, Saturnus, qui sub se habet Monachos, tanquam Dominus octauæ & significator mortis, executionem effreni Monacho Iacobo Clementi nomine, demandauit, qui hunc Regem An. 89. die 22. Iulii, styl. vet. in arce S. Clodouæi, cultro venenato, oblongo & acuto in ventre inferiore vulnerauit, quo vulnere etiam sequenti die 23. hor. 7. matut. obiit, ex directione septimæ, quæ opposita est ascendenti, dominio vitæ, ad ♍ existentis in 8. domo, & ex directio. M. C. ad 27. grad. ♉. Term. ♄ Dom. 8. suscipiente dein ♂ diuisionem. Tempore mortis talis erat apposita constellatio, Sol transit gradum Horoscopi, & ☽ est præcisissime in ☌ ♂is radicis, ♂ in □ ♄i radicis. & ☌ capitis Medusæ, & quod notandum, sicut in direct. M. C. ad 27. ♉. & septima ad ♍ peruenit, ita hoc tempore obitus similes gradus in M. C. & 7. domo reperiuntur, & vt præcise tempus transitus cum directionib. concordat, arbitror eum obiisse paulo ante horam 7. ascendente 4. gr. 51. min. ♏. & occidente 4. gr. 51. min.)(. vbi ♍ in radice, & hoc tempore eo directio peruenit, in M. C. 27. gr. Tauri, &c.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XXV.

Heinricus IV. Galliæ & Nauarræ Rex.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dom. Frider. Rüttellij.

Heinricus IV. Dei gratia, Franciæ & Nauarræ Rex, Princeps Bearnii, Dux Vindocini, Bellimontis & Albretii, Comes Foxii, Armeniaci primus Princeps, natus est Ann. 1553. &c. in amœnissimæ Bearniæ Regionis arce amplissima ac munitissima PAV, &c.

Mars omnium fortissimus in hoc themate, Dominus genituræ in exaltatione, omnes (excepto Saturno & Ioue) Planetas in suis dignitatibus hospitio excipiens, Dominus septimæ Lunam, Dominam 10. in septima cõnstitutam, □ aspiciens, coniunctus ☿. ♀. & ☉ i prope Imum cœli, in ♑ signo Saturnino, multas inimicitias, magnas aduersitates, immensa pericula, assidua & grauissima bellica negotia, à Saturninis, vt sunt homines auari, inuidi, solitarii, Monachi, Iesuitæ, Papicolæ, & huiusmodi fex & sentina

sentina hominum: à Martialibus, quales sunt Principes, Duces, milites, in quibus tamen omnibus benefica Venus Domina 8. & 12. ad ♂m sextilem proiiciens, Iouemque in 12. excipiens, ☌ circa M.C. & Luna Domina 10. in 7. manifestam victoriam contra omnes, quoscunque etiam inimicos & designarunt & adhuc designabunt. Spica Virginis in ortu, Regulus in M.C. Luna cum prima stella ♈ in angulo septimæ, magnas & Regias dignitates largiuntur: non quidem absque discrimine & aduersitate mixtas, quod ☽ Domina 10. à Marte sit læsa. Venus in 2. domo diuitiarum, diuitias immensas, & amplissimum Regnum, cum violentia tamen, magnoque labore, quod ♂ Dominus secundæ, cum ♀ circa I. C. promiserat. Iuppiter in 12. fortunam in animalibus maioribus, vt equis, à quibus non lædetur, imo potius in omnibus præliis, victoriosis & equestribus ipsorum ope euadet, licet idem etiam multas inimicitias Iouialium, vt Episcoporum, Prælatorum, Monachorum & Iesuitarum, Iudicum, Iurisconsultorum, Dominorum Parlamenti, Nobilium quorundam, vt & Lunarium, plebis ac subditorum nonnullorum defectionem significet; Sol tamen & Mercurius in 3. à Marte illuminati, promittunt rursus multos amicos fideles, affines, consanguineos, præsertim Solares & Mercuriales, vt sunt Reges, Principes, & qui ad Gubernacula sedent, magnis dignitatibus ac officiis præsunt, eiusdem præsertim qui sunt religionis. Luna in 7. domo & quadrato Martis infelicitates & litigia nonnulla, animorumque distractionem in coniugio, qualem cum priore coniuge, quam repudiauit, expertus est. Saturnus licet in 5. tamen in fœcundo signo, & Venus dispositrix Iouis Domini 5. in m. domo Martis, similiter in fœcundo, Ioue in venereo signo mediocri existente, liberos non negat, erunt tamen partim forsan aut illegitimi matrimonii, aut non admodum longæui. Luna in domo & □♂ in angulo septimæ, ascendenti opposita in ♈. quod signum sub se habet caput & faciem, vulnera faciei infligere solet, & Mars Dominus 6. cum ♀ Lunam luminare conditionarium infestans, dat morbos dæmoniacos, Martiales, siccos & calidos, ardentes, præsertim febres, qualem etiam A. 1589. D. 9. Ianuar. ex nimio æstu corporis, motu pedestri causatam habuit, Marte Domino 6æ. tunc per Horoscopi gradum & ☌ Lunæ, Sole vero quartam domum transiente.

Lubet nunc breuibus annos ætatis per directiones examinare, vt quam benè & egregiè omnia congruant, Astrologicaq; veritas apertè perspici queat. Cum circa An. 19. Sol ad coniunctionem Martis existentis in □♀. & ♑ ad quadratum Martis directione peruenissent, in maximo & iam imminente periculo fuit. An. 1572. D. 24. August. proprio festo nuptiali, & laniena Parisiensi (iussu Regis affinis & socrus, Reginæ matris,

♄ Martem & Caudam in 3. prope quartam) qua multa millia Reformatorum cum Amyralio Caſparo Colignio trucidata, ipſe ficta mutatione religionis, ob Veneris Dom. 1. & 8. ſextilem ægre ſeruatus fuit. An. 1585. M. Septemb. ex direct. M. C. ad quadratum Mercurii, à Pontifice Sixto V. fulmine Banni excommunicatus. An. ætat. 33. & 34. Pars Fort. ad ✶♑ & M. C. ad △♃ fuerunt felices occurſus, vnde Maieſtatem ſuam An. 87. M. Octob. contra ſuos inimicos, Guiſios, Mainios, Ducem Ioieuſe, & Regem ipſum, inſignioribus victoriis obtinuit. An. 89. 23. Iul. Henrico III. Valeſio à Monacho confoſſo, coronam Regni Gallici accepit & acceſſiones hereditarias, Horoſcopus perueniebat tum ad corpus Veneris in 2. Dominam 8. Eadem Venus in domo ♂ etiam victoriam contra aduerſarios, venereiſq; rebus procliuiorem ſolito reddidit, directio M. C. ad Craterem. Ann. Domini 1593. circa D. 18. Iulii, quo ab Epiſcopis Papiſticæ Religionis in Regem Galliæ vnctus eſt, fuit M. C. directio ad tergum Leonis, & Iouis Domini 3. ad ✶ ♃ ii, qui religionis etiam mutationem indicauit. Ann. ſtatim inſequente 1594. D. 17. Decemb. ex directione M. C. ad oppoſitum Saturni odium incurrit hominum Saturninorum, ſubditorum, inuidorum, Monachorum & Ieſuitarum, vti etiam à Ioanne Caſtell. eodem die inſtinctu peſtiferæ factionis Ieſuiticæ Hiſpanicæ, cultello venenato, animo penitus occidendi, vulneratus eſt in ſuperiore parte labiorum & dentium, cum ♄us ſub ſe habeat dentes. Anno etiam 47. completo facta eſt directio Horoſcopi ad ✶♑. & ☉ ad ✶☽. dedit Iouialium & Lunarium amicitiam, & cum ☽ ſit in 7. coniugium An. 1600. M. Nouem. apertè demonſtrauit cum Maria de Medicis Florentina. Annis ſequentibus ſuperſunt felices occurſus, Lunæ & Horoſcopi ad ♑ aſpectus, M. C. ad ſextilem Veneris. An. æt. 54. completo, vbi proculdubio honorificum ſtatum, & acceſſionem hereditatis, ratione Regni habebit, quietam pacificamq; ætatem.

Cum vero ☉ directione peruenerit ad ☌♄. Horoſcopus ad □♄. M. cœli autem ad □☉. quæ incidunt in An. ætat. 59. M. 9. dies 21. metuo, ne vitæ periculo ſubiiciatur non contemnendo, cumq; ♂ cum ♃ Domino 11æ. coniungatur, ♍ prope angulum I.C. ponatur (vt & Auraicus Princeps Wilhelmus ♂ cum ♍ in 1. habuit) prouideat hic Rex, ne violentæ mortis periculum à proprii ſanguinis Principibus, aut affinibus, eorumq; inſtinctu ob concurſum Mercurii, Martis & ♍ in 3. & ☉ ibidem cum ſtellulis ♆ de nat. ♂ & ☽ (quia ambo luminaria ſunt in ſignis violentis, læſa à malefico ♂ etiam in ſigno violento, & □♑. capite Algol & Pleiadibus in 8. & ♌♀is Dom. 8. exiſtentibus) forſan veneno, rebus venenatis, nimio cibo, potu aut venere (præſertim cum Cardanus etiam ſcribat,

ſem-

semper ☽m in 7a. mortem subitam & inopinatam, vel omnino graues infelicitates afferre) subeat, quæ tamen Deus Opt. Max. & ♀Domina 8. in ✶ ♂ omnino auertere, aut ad minimum mitigare possunt, ac velint.

GENITVRA XXVI.

M. Ioan. Iac. V. LL. Cand.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

H. Cardanus scribit, adunationem Planetarum in Virgine graues adferre calamitates, quem Aphorismũ multis Exemplis verum expertus sum. Quę autẽ ratio sit huius, nullus Astronomorũ hactenus memoriâ prodidit. Ego arbitror, quod signum Virginis, signo Iouis & Exaltationi Veneris diametretur, in eoq; Iuppiter detrimentum, & Venus casum patiatur. Alterum luminare cum stella violenta, capite Diaboli, alterum afflictum à malefico Saturno, ex angulis, stellæ item fixæ violentæ in cuspidibus

bus angulorum, vt sic Aldebaran & cor ♌ in M. & Imo cœli, plerunque tragicum vitæ finem & violentam mortem significant. Confossus est gladio insons An. 1602. 21. Iul. h. 12. p.m. ita, vt statim animam exhalârit. In reuolut. coniunguntur Dom. 1. 8. Mars, Venus & Luna in □ ♄i, fere partili, ex angulis, ☊ transit locum ♄i Radic. & □ ☉. Luna est in □ proprii loci radicis, ♃us est in 1. cum lucida Lancis, cap. Medus. in 8. Tempus mortis indicat directio Horoscopi ad T. ♂. Dom. 8. domus, &c.

Huic Eleganti & doctissimo Iuueni, Rüttellius MEVS, octiduo ante mortem, in præsentia duorum V. I. studiosorum, maximum & violentum vitæ periculum, eo ipso die, quo & interfectus est, imminere præsagierat.

GENI-

GENITVRA XXVII.

Sebastianus, Portugalliæ Rex.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dn. Fr. Rüttellii Mathemat.

In hac Regia Genesi, Sol dispositor Luminaris Conditionarii, in detrimento, & signo violento, afflictus præsentiâ malefici Martis, in oppos. Lunæ; Iuppiter item Dominus 1. in violento signo Retrogr. præterea cor Scorpii in Horoscopo, & oculus Tauri in occasu violentam mortem portenderunt; quam Mercurius, Dominus 7. & M. C. Marti iunctus adauget, & potentiss. inclinat ad omne violentæ mortis genus, & cum Sol iunctus sit Marti, in signo humano, cum Mercurio, & Luna Dominæ 8. in oppositione Martis, dat mortem ab hominibus, & rebus Martialibus, in Bello, à latronibus & Pyratis. Occubuit in Africa, (dum Muleium Mahametum, Regnis Fessano & Marocino à patruo Abdelmele-

cho expulsum, restituere conatur) Extra patriam ob Lunam Dominam 8. in 9. & Martem in 3. acceptis non solum alibi multis, sed & duobus in capite lethalibus & in facie quoq; duobus vulneribus, ex Directione Horoscopi ad Stellulas ♄ de nat. ♂ & ☽, quæ in 1. domo capiti & faciei vulnera inferunt, tandem ab Equo cadens, ob Lunam in quadrupede infestatam à Sole, Marte & Mercurio, existentibus in signo aëreo, & ob ♀ & ☿ in ♏ signo bestiali, in □ o Iouis ♃ in M. C. itidem signo aëreo, & Exaltatione Saturni. Item propter earundem stellularum Horoscopo occursum in ♄. Expirauit A. Christi 1578. d. 4. Augusti. Ex supra dictâ directione, Solisque ad 4m. sepulturæ domum, & M. C. ad limitem borealem ☌ Lunæ.

Nota: Prioris & huius Anni Cometam, in principio ♄, & Horoscopo huius Regis, primum fulsisse, locaq; Veneris, ♀, Solis, Martis & ☿ii, per transiisse, & in 14. gr.)(loco ♄i Regis euanuisse, vt ita Cometæ principium, Regem, & Finis Regis finem digito qui monstrauerit. In Reuolutione, Iuppiter, ☿ & ☿ redierunt ferè ad sua loca Radicis. ♄ Caudam, Mars □m ♄i Radicis, ☽m ♋ infestans transibat. In die mortis, Solis erat transitus pro ♋ ☿ii, ♄us vt prius per ♀m. q in loco ♄i & ♀, transiit M. Cœli gradum Radicis, Iuppiter & Mars ex Æquinoctialibus signis, in □ Veneris Radicis opponebantur, &c.

GENI-

GENITVRA XXVIII.

Antonius à Borbonia, Rex Nauarræ, Dux Vendomæ.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Eiusdem Dn. Rüttellii.

Egregium Belli ducem. Mars Dominus M. C. ratione Exaltationis, Orientalis, idemq; vt & Solem, Lumen temporis, ✶ aspiciens, significabat. Hic Romani Papæ, & Philippi II. Hispaniarum Regis, persuasu, Religionem mutauit, id quod Saturnus in 9. Retrogr. in quadr. Mercurii portendit. Partique Guisianorum illius infensissimo hosti, sese addicit ac deuouet, tandem vtrinq; inter ipsum & Fratrem Ludouicum Principem de Conde conscripto exercitum hostiliter conssertis manibus, ex Luna, Domina 3. fratres designante, malefico à Marte in 12. inimicitiarū domo, opposito, 3â. item domo ☽ ♄ & □ ☿ ii læsa: in conflictu Bombardæ globo tactus, aliquot dies superuiuens, moritur A. 1562. d. 17. Nouemb. Signa vio-

violentæ mortis sunt, ♀ vim habens ambarum maleficarum in 8. Ioue, Domino 8. in suo detrimento, cum Lucida Hydræ, oppositoMartis læso, Saturno altero maleficarum, in signo violento, Sole v. Lumine Conditionario, cum violentiss. Stella capitis Algol, posito. Venus quoque Horoscopi Domina, dispositrix Luminaris Conditionarii, cum sinistro hum. Orionis, à ♂ similiter □ o infortunatur, ita vt Mars significatores, grauiter & maiori ex parte lædat, vnde qualitas mortis de Nat. ♂, eruitur, videlicet ex rebus Martialibus, igne, ferro, vel globo bombardico, ♀ de nat. ♂ in □ ♂, & signo Igneo cum iaculo ♐, manifesto ex iaculatione, quæ per ignem fit & Dominio 8. cum Luna, Venere Domina 1. item 8. domus, in sign. humanis, mortem per Hominem. Tempus mortis dat Directio Horoscopi & Solis, ad sinistrum humerum Orionis, & caput Apollinis, Stellas fixas violentas.

GENI-

GENITVRA XXIX.

Ludouicus Hirterus, Iureconsultus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Semper Saturnus & ♂ in 8. mortem violentam, in □ vndecimæ amicos infideles significant: ♀ præsertim in 7. domo existente. Ascendente corde ♌. & culminante cap. Meduſæ, stellis fixis violentis, qui honores quidem, sed plerunque violentam mortem inferre solent. Interfectus est Spiræ à Valentino à Streitberg, Gabrielis filio 3. An. 1539. d. 3. Martii h. 3. 45. min. p. m. qui postea occubuit ex ictu bombardæ in oppugnatione Budensi, cuius thema vide apud Garcæum pag. 365. Habet enim ille caput Algol in 7. quod hic in 10. & ♂ m quem hic in 8. ille in 29. gr. ♑ loco fere ☿ ii huius natiuitatis, & ☽ in 29. ♈. Iam □ ☿ ii huius, & ♀ in 24. ♎ loco quintæ, & ♌ in 24. gr. ♊ loco 11æ, & in □ ♄ & ♂ huius. Ex his dissensionis ratio optime perspicitur.

GENITVRA XXX.

M. Ioan. Marcoleon.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic confossus est gladio ab affine, propter ludum. Mors violenta significatur, quod Sol lumen temporis in domo Saturni & 7. □ ☉ eiusdem Domini 8. ex angul. affligitur, & ascendens □ ♄ ♂ ☉ & ♀ obsessum, ♍ cum lance ♎ sit. ♌ cum malis malum, vt hic cum cap. Algol in domo amicorum, infortunium hoc ab amicis profectum significat. Venus in ♓ in exaltatione, lusores denotat, & in lusibus felicitatem, vnde Luna in 12. cum oculo ♉ in □ ♀ inimicitiam lethalem & violentam designauit, ex ferro autem mortem, quod Mars sit in 8. domo & △ Saturni, ex signis violentis, &c.

GENI-

GENITVRA XXXI.

C. Mes.



Locus ☉ ex Tychone.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

An. 1608. d. 24. Iulii, à corrivali, pugione transfossus, obiit. Ambo Luminaria in signis violentis, aut læsa à maleficis, coniunctione, quadrato, vel opposito, in signis quæ violentas Stellas habent, mortem violentam denotant. In hac genitura enormiter læduntur Luminaria, Sol quidem. Ascendentis Dominus, (cum Ioue, 8. Domino.) partili fere coniunctione Martis, cum violentissimo sydere, Hercule. Luna vero quadrato Saturni itidem fere partili, ex signis humanis, in malo aspectu ad 8m. Tempus mortis dat Directio Horoscopi, ad quadratum Saturni ♄. cum corde Scorpii, in signo humano, quod mortem ab homine portendit, &c.

GENI-

HORARVM NATALIVM
GENITVRA XXXII.
Ioan. Sebastianus Volm. Med Cand.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic Viennæ Austriacorum Ann. 98. M. Decemb. amasiæ cuidam suæ indulgens: cum eadem etiam alii amica esset; rixa inter ipsum & Riualem nocturno tempore exortâ, gladio transuerberatus est. Priusq; vero lapsus prostratusq; esset, adeo graui vicissim ictu suum illum inimicũ perculit, vt is integro ẽt biduo ante ipsum vita excederet. Erat corpore quidẽ paruo, sed animo sic magno, forti & imperterrito; vt stipatus viginti tantũ & nouem commilitonibus quingentos Turcas in fugam cõiecerit. Audaciam hanc iniecit Mars Dominus M.C. & Magisterii dispositor ♂. & Medicũ & Militem designans, in 7. domo, angulo occidentis, ab immicisq; victoriam & vltionem licet cruentam. Saturnus Dominus ascendentis, & Mars Dominus M.C. cum stella fixa violenta, Hercule, in □ ♍ existentis in 9. cum Spica virginis, ambo malefici oppositi ex angulis, violentam mortẽ extra patriam, & quidem propter mulieres & amasias ob ♂♀ existent. in principio ♌ ad ☽ itidem ex angulo 1. & 7æ. designarunt.

GENI-

GENITVRA XXXIII.

Seb. V. insignis Pharmacopola & Botanicus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Aquarum salientium architectus erat valde ingeniosus & industrius, ratione Magisterii signi aquei in M. C. ♂ dispositore cum cingul. Orion. sydere ingenioso. Ann. 70. 28. Iun. hora 10. p. m. à viatore corriuali propter amasiã cultro doliari latiori illo (vulgo ein Kiefer Messer) in occipite grauiter læsus est. ♄s ☌ ☿i, in ♒ signo proprio, ingentia incõmoda & pericula fœminarum causa significat, ẽt in quocunq; signo, cuius rei plurima habeo experimenta. Directio M. C. ad quadratum Solis Dominum octauæ vulnus capit. causauit, & direct. Horoscopi ad capit. Andromed. stellam fixam 2. magnitud. de nat. ♀ & ♃ tempore coniugii progressa est. Eandem postea An. 70. Mens. Nouemb. virginem duxit Marg. Gerl. quæ adhuc viuit. Coniunctio ♄☿is non facit abhorrere à coniugio & a-

 moribus

moribus mulierum, sed potius ad omne genus libidinis, & sordidum quemcunque concubitum inclinat & incitat. Coniugium quidem legitimum alias coniunctio Saturni & Veneris vel negat, vel abhorrere & sterile facit, si Venus Saturnum adhuc nondum prætergressa; sed quia in hoc Themate Venus post Saturnum currit, fœcundumque signum in 7. coniugem omnino non negare potuit. Mars Dominus M.C. significator Magisterii in 6. cum Ioue insignem in arte Medica & Pharmacopeia artificem designauit. Colica quidem obiisse credo, (An. 1602. 3. April. propter direct. Horoscopi ad ☍) sed an naturali, valde dubito, cum Dominus 1. vtriusque luminis dispositor sit natura maleficus, in signo violento, oppositus octauæ, ♄ in 8. in quadrato Martis & Iouis ex signis humanis, & Saturnus iunctus Veneri, Mercurio & Soli in ♒ fœminarum causa, dolo, &c. & ☍ per se in)(in potu violentam mortem, eamque ex veneno portendant, &c.

GENI-

GENITVRA XXXIV.

W. F. F.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Quam male decrepito coniuncta iuuencula casco,
Tam male Falcigero est hic quoque iuncta Venus.

♂ cum ♍ in angulo 4æ oppositus capiti Algol, in Medio C. in ♉. signo venereo & fœminino, quod collo præsidet, à mulieribus, & quidem amasiis, quia vndecima domus ♉ habet, pericula minatur, Saturno summo Veneris inimico, ipsæ Retrogr. ♀ Dom. 11. existenti cum stellis vltimis Sagittarii, copulato. An. 1600. igitur D. 11. Decemb. h. 8. min. 30. circ. matut. ab amasia confossus est cultro, circa collum, lecto decumbens, instinctu alterius cuiusdam, qui eandem amore prosequebatur, conualuit tamen opera diligenti Chirurgorum, tandemque viduam duxit vxorem, ob Saturni dominium in 7a.

GENITVRA XXXV.

Iacob. M.B. veneno extincti.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Ambo malefici coniuncti, quorum alter Dominus 8. & in detrimento, alter in casu & cum Hercule, Mercurius Domin. 1. cum capite Algol, Sol, Venus & Iuppiter cum cingulo Orionis, in □ ☽ violentam mortem designant. Obiit dissenteria, sed veneno prius hausto, ♀ in angulo quartæ, signo calido ♌. quod cordi præest, erosionem veneno, ♄ vero ♂ & ☽ in sign. aqueis fluxibilitatem addiderunt. Annus mortis est 1590. 17. Augusti, Horoscopo per directionem tendente ad ♄ Dominum mortis, qui veneno vniuersaliter interimit. In reuolutione transit ☽ locum ♂ Radic. in 7. ♂. ♄. ☉. & ☿ iunguntur in ♊. Venus est cum capite Meduſæ, quæ non parum exhibiti veneni suspicionem augere videntur.

GENI-

GENITVRA XXXVI.

Mich. J. G. peste mortui in carcere.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Sol & Mercurius Dominus signi intercepti in 12. læsi quadrato Martis, Domini 6. Venus Domina signi 12. cum cauda in 12. & term. ♂ carcerem designarunt. Propter Iouem in flexura nodorum, ♃ & ☋. iussu Principis & Magistratus carceri incluſus. Ob Saturnum Dominum octauæ, in signo cordiali, afflig. Lunam Dominam Horoscopi in 8. signo Saturnino aereo & venenoso, veneno pestis corde correpto, obiit.

GENITVRA XXXVII.

Ioan. Paulus Mediolanensis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Peste obiit A.1564.Lugduni. Tẽpus mortis patet ex directione Horoscopi ad oppositionem Lunæ, in 8. Similis ferè constitutionis est, cum præcedenti themate, pauciss.tantum mutatis. Luna 1. Domina, in 8. & signo aereo, quadrato Martis in sign. venenoso, & Sol cum Hercule, oppositio Saturni Retrogradi, ex cœli angulis enormiter læs. excellentem Musicum designauit, Venus in domicilio & sextili Mercurii, &c.

GENI-

GENITVRA XXXVIII.

Fabricius Maramaldus, Neapolitanus.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Dom. Friderici Rûttellii.

Cum L. Gauricus, huius Maramaldi vitam tantum, nudeque, absque additione rationum Astrologicarum descripserit, Euentus cum astrorum significatis, comparandos duxi, & verbis Gaurici in Historia vtar: *Ille Maramaldus sæpe fuit militum ductor strenuus.* Quod officium designatur 1. per stellas, quam iuxta finem Sagittarii tres, magnitud. 3. de nat. Iouis & Martis, constitutas in medio cœli teste Cardano, aliisque à me alibi adductis exemplis. 2. Quod Mars à Sole Orientalis, Dominium habeat in 1. ratione signi proprii intercepti, a cin 10. ratione exaltationis, & simul amborum

rum Luminarium, sit dispositor. *In capite, facie & spatula passus fuit vulnera scloppo.* In causa fuit, Ascendens Saturno ac Marte obsessum, oppositio Martis partilis ad Horoscopum idem, quod corpus operatur, & iuxta Caudam in 1a semper faciem deformare solet, Primæ etiam domui Planetæ opponuntur, quorum aspectus in Arietem cadunt, quod signum capiti & faciei præsidet. Cauda de nat. ♂. & signum ♈ interceptum, ex causa Martiali, igne ferro, sclopoque bombardico, malum significat. *Anno 1522. in prima Martii hebdomada, interfecit vxorem, ex Marte in septima.* Ego circa diem 9. Martii factum arbitror, tunc enim erat oppositio Saturni & Lunæ, ex Aquario & Leone. Iuppiter transiit gradum directionis Medii cœli, Mars transiit 21°. Piscium. Ascendens, & oppositionem septimæ, Venus transibat locum Saturni radicis præcise; cum tempore concordat Directio Horoscopi ad oppositionem, & septimæ cuspidis cum Marte, ad corpus Lunæ, in domo Martis, in 7a prope 8m fere, hinc itaque manifeste cædis vxoriæ ratio patet. Causa cædis arbitror fuisse vxoris scortationes & adulterium, propter ☌☿m. ☿m. in 7a signo humano, ac Lunam in 7. & domo ♂. Generaliter enim adunatio Planetarum in aliqua domo, peculiare quippiam, de ipsius domus signi, & in ea, existentium Planetarum natura portendit. *Anno eodem Augusti 3. die, in ciuitate Mantuana, in conflictu duellico, Equester interfecit Comitem Cerriti Carraphæ.* Et hunc conflictum fœminarum causa, (fortè etiam ob interfectã conjugem) accidisse arbitror, nam eo ipso die Venus oppositionem Saturni præcisissime transibat. Cauda vero locum Veneris radicis, eratque oppositio Martis & Lunæ ex cancro & capricorno, in quadrato Iouis Radicis existentis in 7a. *In bello vniuersali plus quam centum pedites interfecit.* Mars in angulo centraliter positus, cõiũctus ☌ in signo humano, semper sanguinis effusorẽ significat, accedente præsertim oppositione ♃, & stellulis ✣ in medio cœli, in quadr. Martis, *Anno ætat. suæ 51. cum dieb. 17. ex febre phlegmatica siue melancholica morti occubuit, ex Directione Horoscopi ad tetragonum Saturni.* Gauricus dubitare videtur, qua febri sit mortuus, phlegma enim & melancholia diuersa sunt. Ego idcirco eum, vel veneno exhibito, vel potius peste, in febrem melancholicam incidisse, mortemque obiisse arbitror, quia ambo Luminaria in signo venenoso Scorpii, 8m obsident, & Sol, lumen conditionarium in 8. de signi natura mortis genus demonstret, & Saturnus author siue promissor mortis in)(signo venenoso, in 12. forsan ab inimicis, vel quia horoscopi signum venenosum, ad quadr. Saturni, in signo aereo ♎, venenum ab homine, aut pestifera febri potius, cum Luminaria à maleficis sint libera.

GENITVRA XXXIX.

Camillus Palliotus, Bononiensis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Placuit hæc 2. Themata, PESTE mortuorum ex L. Gaurici l. 4. Natiuitatum, D. Friderici Rüttelii, Notis Astrologicis eleganter illustrata, Centur. nostris apponere, quippe quæ non minùs, quam reliqua quæ sequentur, de PESTE Themata, certitudinem Astrologicam manifestant.

Camillus Palliotus fuit Poeta Elegantißimus & Orator facundißimus, Literarum Græcarum non ignarus; in causa erat Venus Dominæ Ascendentis, Orientalis, cum Stella Regia, Oculo Tauri, coniuncta Soli & Mercurio

in signo Geminorum aëreo, cum cingulo Orionis, in trigonis Saturni & Martis existentium similem in signis aëreis, cui spica Virginis in Ascendente claritatem & Poëleos studium cum facundia ingenerauit. *In Gymnasio Felsineo patriis quippe laribus* propter Lunam Dominum Medii Cœli, in proprio domicilio, *Poeticam Facultatem publicè profitebatur. Labente Anno Christianæ Lyturgiæ 1498. Die Iouis* (dies erat Mercurii) *24. Octobris patrem amisit*, ex directione Medii Cœli ad 10. gr. ♌ vel I. C. ad 10. gr. ♒ quos gradus Sol transitu eodem die quadrato feriebat, Mars locum Saturni & Horoscopi, Venus Domina Ascendentis locum oppositum Mercurii, & Mercurius □ in Iouis Radicis transibat, *Virum sanè quam Clarissimum*, Claritatem hanc parenti conciliauit Saturnus dominus 4. in Exaltatione, cum Spica Virginis cooriens in ☌ Iouis & △ Martis. *Anno a. 1501. ipse Camillus conflictatus aduersâ Valetudine, eâque longâ & à principio periculosa, vt postquam ægrotare cœperat, tertia die* (hoc est 4. Septembr.) *à plerisque Medicorum mortuus omnino reputaretur*:

Quia eo ipso die erat Coniunctio Saturni & Lunæ in loco Mercurii Radicis, dispositoris Luminaris Conditionarii, 20. nimirum Gr. ♊. ac quadr. Solis existentis in 20. Gr. ♍. Iuppiter etiam Dominus 6. transibat 5. Gr. ♉, in cuius oppositio videlicet 5. ♏ directio horoscopi versabatur, Mars transitu suo inficiebat locum Veneris dominæ Horoscopi & 8æ. commorantis in 8 cum Aldebaran, *& ipse tunc ægrotauit à Calendis Septembris vsque ad natalem dominicum, pridie namque eius diei paulatim modo vsque ad ædem Diui Iacobi ædibus suis proximiorem egredi cœpit passibus 30. circiter*, hanc autem morbi diuturnitatem tarditas motus Saturni tùm Retrogredientis significauit.

Anno 1503. profiteri Poeticam publice aggressus fuit, cum præfatione versibus Heroicis decorata supra librum Poetæ Mantuani elegantissimum, ex directione Ascendentis ad Lancem Libræ australem.

Anno 1506. Octobri Mense, 200. libras monetæ Felsineæ Moderatores Reipublicæ pro lectura supra salarium exaggerarunt. Transibat tunc temporis Saturnus Dominus 4. locum Iouis, Domini 2. radicis in ☌ i ☉s existentis in 28. gr. ♎ & Mercurius, gradus 2dæ domus. *Cæterum, vertente Anno suæ ætatis 49. hebdomatico, Climacterico, Scalari, Decretorio morti occubuit. Præcisius*

A. An-

a. anno 48. cum vno mense statim absolute ex febre pestifera atq; Venenosa, ex directione Horoscopi ad Caudam, nodum Austrinum, de natura, Falciferi & Martis, in Scorpione, signo Violento & Venenato, Capite Algol, violentissima Stella fixa, itidem Venenosa, cum ♄, Violentiam Saturni & Martis augente, Venere item domina 1. & 8. cum Sole & Mercurio in ♊, signo aëreo, Marte in Aquario & ☌♑, quadratum in 8m. proiiciente. *Obiit itaq; Anno Virginei partus 1530. d. 12. Iulii, vel circiter*, cum eodem die Saturnus in 12. gr. ♊ ex octaua Radicis Gradum Directionis M. C. 12. gr. ♍, & Mars oppositum, loci proprii Radicis, transierat.



GENITVRA XL.

Elisabetha Genuensis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Venus in Mercurii hospitio, ad eiusdem Mercurii exagonum defluens, & Luna à Mercurio, sextili & Venerem △o in signis aëreis existentibus, *irrorata, effecerunt ipsam in pulsanda cheli Orphicam præclaram, quippe digitos habebat graciles & velocissimos. Genitor suus nomine Vrbanus Genuensis, erat Musicus egregius,* ob Venerem cum Oculo Tauri, & signo Mercuriali in cuspide 4æ. quæ parentis statum ostendit. *Virum duxit Galeatium Ferrariensem Musicum præclarum* ob Solem Dominum 7æ. cum Marte in ♉ signo Veneris, & Mercurium inter cepti signi in 7. Dominum, in ✶ ♀is, *habuitque*

Fi-

Filiolam in tractanda Cheli testudinea non ignobilem, ob eundem Mercurium Dominum 5. in ✶ ♀is. *Sol à Marte ♂ ♍ obsessus, Luna ad Saturni congressum defluens, oculi sinistri aciem ex Variolis obtenebrarunt, & interitum ex peste horrifica.* Quia signum 8. aëreum, eiusque Domina in signo aëreo, & cum Stella fixa violenta, vtroque Luminari ab vtrisque maleficis, altero in aëreo, altero in Venenoso, coniunctione & quadrangulis infestatis, item quod alterum Luminare in signo humano & aëreo ab alterutro malefica-rum infestatum, altero Luminari in signo Venenato reperiatur, in præsentia præsertim Martis & Caudæ Draconis.

GENITVRA XLI.

Georgius Weigenmaier.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Professor in Lingua Hebræa Academiæ Tubingensis, Clarissimus, vir Mercurio-Martialis. Ab Illustrissimo Principe Würtembergico in Italiã propter Arabicam linguam, cum Stipendio missus, in reditu Patauii Antonius obiit, correptus febri pestilentiali & Epilepsia. Vir vita longiori & memoria dignissimus.

Signum 8. Domus aurum, eiusque Dominus Mercurius in 6. signo venenato, & Stella fixa violenta, in opposito Iouis Retrogr. ☌ cum Stellul. ☥. oppositus Martis & Veneris ex cœli cardinibus, Ambobus Luminaribus à Saturno læsis, violentam mortem peste, & veneno, Epilepsiam veficarunt. Saturni oppositio ad Lunã, ex angulis. & signis æquinoctialibus, signi-

Annus mortis est 1599. M. Martio. Directione M. C. ad oppositum Solis, in signo aereo, & Domin. sign. in accepti in 9. (quod mortem extra patriam ostendit) per veniente.

GENITVRA XLII.

M. Theophilus Edelmann, Pastor Ecclesiæ Cellensis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Octauæ domus signum interceptum Aëreũ, eiusque Domina Venus cum corde Scorpii, sydere venenoso, Sol lumen conditionarium à Marte & Mercurio 8æ Domino circumdatum, in signo pestilentiali Scorpii, in opposito Iouis Retrogr. & Luna 6. Domina, oppositum ad 8m. proiiciẽs, à Saturno Ascendentis Domino infestata. PESTEM, quâ mortuus est. An. 1576. (ex directione Horoscopi ad quadratum Iouis in signo aëreo Aquarii) portendebant.

GENI-

GENITVRA XLIII.

M. Thomas Löher, Paſtor Eccleſiæ Lechn.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et hic Peſte obiit. A. 1585. Signum 8æ. Venenatum, & Mars Dominus 1. & 8. Anaræta in 6. & ſigno humano, cum Lucida Hydræ poſitus, mortem ex Veneno ſignificat, præſertim in oppoſitione Saturni, vtraque Luminaria in Geminis, ſigno aëreo infeſtans, ex aëre infeſto, qualis Ann. 1585. multis in locis erat, cumq; ſimul Directio Horoſcopi ad quadratum Martis in ♊, ſigno humano & aëreo inciderit, mortis cauſa manifeſtè patet, adde quod Cauda in Aquario, non minus operetur, in peſte inferenda, ac ſi Saturnus, Mars vel Luna ibidem poſiti eſſent.

GENI-

GENITVRA XLIV.

M. Ioan. Conradus viſchas, Paſtor Eccleſiæ Velbacenſis.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Maior pars Planetarum in ſignis aereis Ingenium excellens, præſertim Mercurio diſpoſitore Solis, cum Spica Virginis in coniunctione Veneris, & ob Iouem Dominum 9. cum oculo Tauri egregium Theologum ſignificabant; Peſtem vero Octauæ domus ſignum aëreum, eiuſq; Dominus Saturnus in Scorpione, ſigno Venenato, malefico quadrato Martis, ex ſigno Leonis, cordis præſide, læſus, altero Luminari Sole in Virgine, ſigno humano exiſtente. Directio M. C. ad □♂is, Colicam immanem deſignabat, ſubſequens directio, ad oppoſitum Saturni, Dominum 8. in □o 8æ, Peſtem, qua mortuus eſt An. 1607. d. 7. Nouembr.

GENITVRA XLV.

Christina Rieppia, Virgo.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Peste obiit, A. 1569. d. 10. Maii, h. 11. merid. per directionem Medio Cœli ad Solem festinante. Signa 8. ♎ aëreum, & ♍ Venenatum, eorumdemq; Domini, alt. Venus in signo aëreo ♒, Mars vero in Sagittario, cõstellatione Venenata, ambobus Luminaribus à Marte, 8. Domino læsis, Ioue ℞ M.C. Domino, & Luminis Conditionarii dispositore, cum violentissima Stella Capitis Algol constituto, Pestem portenderunt, &c.

GENI-

GENITVRA XLVI.

Adrianus Rüttelius.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic difficilime editus partum, ætat. dierum 26. Matrem amisit, ob Lunam in Horoscopo & maxima latitudine in quadrato nodorum ☊ & ♆. quæ Matris celerem mortem & partus difficultatem significare solet. Tempore mortis Matris, ♆ præcisissime transierat □ ☽ & Horoscopi. Peste obiit, A. 1551. d. 24. Decembr. hora 12. meridiei. ex directione Solis ad ♆. Iuppiter 8. Dominus Retrogradus, in signo aëreo, à quadrato Saturni, & opposito Martis & Veneris, ex signis humanis & partim Venenosis læsus, Sole Ascendentis Domino, cum ♆, de nat. ♄ & ♂, & Mercurio, in Scorpione, signo Venenato, coniuncto mortem ex Peste portendebat.

GENITVRA XLVII.

Agnes Rûttellia.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Signum in 8. interceptum aëreum, & Venus eiusdem signi Domina, in signo venenato, à quadrato Martis ex cuspide 8. domus læsa; Item, Alterũ Luminare Sol (accedente Mercurio, Domino Centri 8æ ibidem) in 8. signo aereo, & opposito Lunæ, & Dominus Ascendentis, in signo venenoso & violento, mortem ex Peste portendunt. Obiit An. 1351. d. 20. Decẽb. inter 1. & 2. p. m. Stutgardiæ. Tempus mortis patet ex directione Horoscopi ad ♄, & 7. ad ♀. Item M. C. ad cor ♏.

GENI-

GENITVRA XLVIII.

Susanna Rûttelia.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Et hæc Peste obiit, A. 1551. d. 29. Nouemb. circa 5. Vespertinam. Signum 8æ. Venenatum (Lunâ eò oppositum ex signo Venenato oppositum mittente) eiusq; Domina & 1. Venus à Cauda & Marte in ♋ signo violento infesta, altero Luminarium Sole, cum Mercurio in ſ. aêreo, à Saturno & Ioue Retrogradis, in signo pestifero, læso, mortem ex peste denotarunt. Tempore obitus Mars transibat oppositionem Mercurii, Luna & Venus coniungebantur circa cuspidem quartæ.

GENITVRA XLIX.

Walpurga Müllerin.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Peste obiit, A. 1542. 2. Septembr. Stutgardiæ. Pestem minatur Saturnus, Dominus 8. in quadrato Martis, ex sign. Venenosis & aëreis. Tempus mortis dat Directio M. C. ad quadr. ☌, cum Pleiadibus, quo ambo Luminaria erant in quadratis locis, Sol quidem in Virgine, lõ quadrato proprio, Luna vero in Geminis, signo aëreo, lõ □o proprio & gradu Solis Radicis, Iuppiter 8. Dominus fuit in 5. gr. ♎, lõ cuspidis 6. rad. ♑ in 29. gr. ♒, non procul, à loco Saturni, & quadrato Mercurii, Radicis.

GENITVRA L.

Catharina Voglarin, Domini Martini Cruſii altera vxor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Alterum Luminare in ſigno humano, & Conſtellatione Venenoſa, (qualis Sagittarii eſt, propter Serpentarium & Scorpionem) ab altero maleficorum Marte coniunctione, altero quadrato videlicet Saturno, læſum, in ♂ Veneris, ☿ & Mercurii, altero maleficorum ſimiliter in ſigno hum. in quo Hydri Venenoſa conſtellatio, (ambobus præſertim Luminaribus in locis quadr. propriis, Sol coniunctione Martis & □ ♄i, Luna verò & □ o Martis & Saturni enormiter læſis) mortem ex Veneno peſtifero, quo mortua eſt A. 1566. d. 3. Nouembr. paulò poſt 12. merid. ſignificarunt.

GENI-

GENITVRA LI.

Charitas Edelm.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hæc, postquam decubuisset Peste 9. diebus A. 1567. d. 3. Maii, obiit, quam portendebat signum Libræ in 8. aëreum, & Scorpii Venenatum interceptum, Venus & Mars 8. Domini, in quadr. locis, ex sign. aër. & Venenos. altero Luminarium in 12. à Saturno læsa. Tempore mortis erat Horoscopi directio, circa 12. gr. Arietis, quem gradu Mars Dominus 8. radicis transitu suo maculauit, Sol transit locum Veneris etiam Dominæ 8. Saturnus gr. 7 æ. Iuppiter cum ♌ transibant lm̃ oppos. Mercurii.

GENI-

GENITVRA LII.

Joannes Pfatzler, Sartor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Peste periit. Ann. 97.29. Nouemb. ex direct. Horoscopi ad oppos. Solis.

Multis exemplis constat, Solem & Mercurium coniunctos cum Marte, accedente præsertim Saturno Domino 8. in quadr. Solis, & Lunæ, Dominæ Ascend. in 1. cum stella fixa violenta, Mortẽ ex Peste portendisse. Nec abs re est, sententia clarissimi & Doctissimi viri, Dñi. Helisæi Rõs-

 lini,

lini insignis Medici & Mathematici, Domini Fautoris & Amici mei honorandi: Illos tantùm perire Peste, quorum in Genituris Luminaria, aut malè posita sint, aut malæ directiones cum Tempore pestilenti coincidant. Adde & hoc; si Radix eo modo sit constituta (videlicet Luminar. in aspectibus maleficorum, & eiusmodi directiones, ex signis aëreis & Venenosis) vt ex ea talis mors cognosci possit. OBSERVATVM etiam est eos, qui tempore pestilenti nati sunt, vt plurimùm perire Peste, quod constitutio aërem inficiens (vt plerique putent Medicorum) Venenum tunc natis instillet, & formidinem, quemadmodum Terræ motus tempore, tremorem & Tonitruorum pauorem corporibus ingeneret.

GENI-

GENITVRA LIII.

Anna Maria Pfatzlerin.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Peste obiit. Anno 95. d. 12. Aprilis. Directione M. Cœli ad ☌ tendente. Alterum Luminaria Sol, est in signo humano & aëreo, quadrato Martialiafflictum, itidem in humano S. constituto. Octauæ domus signum quoq; est aëreum, eiusque Dominus Saturnus, naturâ malefícus, in signo venenato, & quadratura partili, ad ☽ m.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LIV.

Philippus, Philippi Grauueri, Med. D. Filius.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Febri obiit Pestilentiali, A. 1567. d. 24. Iunii. Iuppiter 8. Dominus, & dispositor Luminaris Conditionarii, coniunctus ♄, & Veneri Dominæ Ascendentis in Scorpione, signo Venenoso, Cauda in 1. & Tauro, similiter Venenoso in quadrato Lunæ ad ☊. Sol cum Marte & Mercurio in 8. dō mortis, & constellatione Venenata, quadrato Saturni ex 6. morborum domo afflicti, Febrim Pestilentialem portenderunt. Mars enim in signis calidis & 8. plerumq; calidas & ardentes febres significant, citoque terminat, sed rarò) ad vitam. Tempore mortis Luna erat in loco opposito Natiuitatis, in signo pestifero, quadrato partili à Marte ex signo Venen. infecta. Venus Domina Horoscopi in 10. gr. ☊ quadrato ♄, Mercurius in loco oppos. Solis, similiter signo aëreo.

GENI-

CENTVRIA II.

GENITVRA LV.

Anna Heinckina:



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Obiit Velbâci peste. A. 1596. eo anno, quo nupsit. Medio Cœli occurrente oppositi Mercurii, Domino 8. Dominus signi aërei, quadrato Martis Domini Ascendentis & Saturni afflicti, &c.

HORARVM NATALIVM

GENITVRA LVI.

Conradus Hemminger.

IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Periit, A. 1597. d. 29. Nouemb. h. 1. in Merid. Signum 8. domus aëreum eiusq; Dominus Saturnus ♄ in signo Venenato, cum Capite Algol in opposito Martis, existentis in Scorpione, & quadr. Iouis in ♌ Domini domus 6. Tempore Martis Mars transibat Horoscopi gradum, & quadratum Mercurii Dispositoris Solis, in signo aëreo.

GENI-

GENITVRA LVII.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Pestę diem suum obiit, A. 97. 13. Octobr. h. 9. noct. Mars Dominus 8. in signo aereo, & 7. Saturnus cum Oculo Tauri, pleriq; planetarum exceptâ Marte in sign. humanis, Luna & Iuppiter Dominus Horoscopi, in quadr. Saturni, &c.

HORARVM NATALIVM GENITVRA LVIII.

Christ. Bes. u. i. D.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

Hic est in omni scientiarum genere vir doctissimus, & longe humanissimus, ob felicem illã, Lunæ, Ascendẽtis Dominæ, in ♒ signo Saturnino, ad Solem, caudam & Mercurium in domo Veneris, & Libra signo aëreo, trigonicam radiationem. Talem positum etiam videmus, in Genituris, D. Nicolai Copernici, Motuum cœlestium restauratoris, Georgii Peürbachii, Astronomi Excellentis, Vlrici ab Hutten, Equitis & Poetæ Nobilis, Domini Iacobi Heilpronneri Insignis apud Lauinganos Theologi, D. Oswaldi Gabelchoueri, Historici & Medici, Illustriss. Principis Würtembergici, Exercitatissimi, &c. Hinc etiã magnas acquirit opes, & diuitias, præter illas, quas ex matrimonio consecutus est (ex positu Lyræ, Stell. fixæ, in 7. Cõiugii dõ,) felici sane, sed sterili eiusdẽ, ob quadr. Saturni, ad 5m liberorum domum, Venere Domina in sign. sterili existente. A. 1601. M. Iunio, febri laborabat tertiana ex quisita, & paulo post (exudante videlicet materia è venis in intestina) colica biliosa, immani, ex directione M. cœli, ad oppositum Martis, 6æ. Dominum.

GENI-

GENITVRA LIX.

Leonhardus Rauvvolf, Medicinæ Doctor.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

An. 1573. 18. Maii, Augusta Vindelicorum profectus est, in loca Orientalia. Syriam, Iudæam, Arabiam, Mesopotamiam, Babiloniam, Assyriam, Armeniam. Domum saluus rediit, & incolumis. An. 1576. 12. Februar.

Itinera longinqua designant Mercurius Dominus 9. occupans 9. in signo aëreo, & Sol in domicilio Lunæ, etiam in 9a. signo mobili. Significatores Itinerum orientales, Orientem versus Peregrinationes decernunt. Tempus principii peregrinorum est. Directio Horoscopi ad Trinum Iouis, Domini 3. qui etiam Trinum ad Solem in 9m. mittit. Obiit Veciæ in Hungaria. An. 1590. d. 16. Septemb.

HORARVM NATALIVM
GENITVRA LX.

Valentinus Aichlin, mercator.



IVDICIVM ASTROLOGICVM.

An. 1596. profectus est in Italiam, & Galliam. A. 99. vero, M. Maio, Ægyptum, Ierusalem & vicina loca visitauit.

